

**Zodiacus vitæ, sive iter ethicum, continens symbola moralia de hominis vita, studio, ac moribus optimè instituendis, ex libris ethicorum Aristotelis deducta / À P. Ottone Aicher, Benedictino.**

**Contributors**

Aicher, Otto, 1628-1705.

**Publication/Creation**

Salisburgi : Typis & Impensis Ioannis Baptiste Mayr ..., [1697]

**Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/n7wysupq>


**License and attribution**


This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.


You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>







ZO

ITER

SY

M

Hom

ac M

Et Libris

P. O

Ad S. V

de Archi

gali, P

r

Tripl

SA

73508  
ZODIACUS VITÆ,

*Sive*

ITER ETHICUM,

*Continens*

SYMBOLA  
MORALIA

*De*

Hominis Vita, Studio,  
ac Moribus optimè insti-  
tuendis,

Ex Libris Ethicorum Aristotelis deducta

P. OTTONE AICHER,

BENEDICTINO

Ad S. Vitum cis Rōtham, in Alma  
& Archiepiscopali Universitate Salisbur-  
genſi, Philosophiæ Moralis & Histo-  
riarum Professore Ordini-  
nario.

---

SALISBURGI,

Typis & Impensis JOANNIS BAPTISTÆ  
MAYR, Typogr. Aulico-Academici.



UDALRICUS *Anagr.* DIU CLARUS



Annulus VLTRICUM Duplex cum Sidere signat.  
Ut sit in Orbe DIU CLARUS, in Axe DIU.



Index

S.R.L.

UD

Celebr

Monast

Ord

A

Sac.

Cong

Se

Alm

Aff

*Reverendissimo & Amplissimo*

**S. R. I. PRÆLATO**

*Domino, Domino*

**UDALRICO V.**

**Celeberrimi ac Imperialis**

**Monasterii ZWIFALTENSIS**

**Ord. S. BENEDICTI**

**Vigilantissimo**

**ABBATI,**

**Sac. Cæsar. Majestatis**

**Confiliario,**

**Congregationis BENEDICTINO.**

**Suevicæ**

*Sub Titulo S. JOSEPHI*

**VISITATORI,**

*&*

**Almæ Universitatis Salisburgensis**

**Assistenti Dignissimo &c.**

*Domino, Domino*

**Perquàm Gratiōso.**

*Reverendissime &*  
*Amplissime*  
**S. R. I. PRÆSUL,**  
*Domine, Domine perquam*  
*Gratiose.*

**V***Eniam* dabis, quòd  
inter Alios Amplif-  
simi Nominis Tui Cultores  
*veniam &* ego, Patrocini-  
um rogaturus Typogra-  
phico Partui meo admo-  
dum nuper in lucem edito.  
Biennium est, & quod ex-  
currit, ex quo mihi quoque  
Gra-

Gratosum conspectum  
Tuum subire licuit, cum  
Te in Provinciae Suevicæ  
Assistentem electo, Univer-  
sitas Benedictino-Salisbur-  
gensis Spectatissimâ Tuâ  
præsentia gauderet. Præ-  
sumpsi dein paulò post è re-  
liquis in firmamento toti-  
us Suevicæ Congregationis  
collucentibus primæ Ma-  
gnitudinis Luminaribus,  
Tuo etiam Honori typos  
meos in devotissimi Animi  
Monumentum consecra-  
re: At enim licet in plures  
divisum tunc obsequendi

studium meum erga singu-  
los RR.<sup>mos</sup> Patronos ni-  
mis tenue esset, (utpote vel  
uni eorum ex integro sum-  
mè impar) obtinuit nihilo-  
minus faventem oculum à  
singulari Benevolentia Tuâ  
leviusculum illud obser-  
vantiaæ meæ argumentum.  
Quare animosior hinc fa-  
ctus, audeo ecce! iteratum  
tentare accessum, & alteri-  
us hujus Operis inscriptio-  
ne Te jam nunc *Solum*, imò  
*Solem* salutare. Nempè Zo-  
*diacus vitæ* est, quem affe-  
ro, unde *Sol* sit oportet, cui  
illum

llium offero. Et verò ta-  
lem in Te inveniendi viam  
luce suâ signârunt, quæ  
præfers, Tua Coenobiique  
Tui Celeberrimi *Insignia*.  
In his dum Gentilitiam  
Domum septenis Sideri-  
bus, cœu totidem Planetis  
illustratam nictabundis o-  
culis suspicio, quid nisi *Re-*  
*giam Solis* considero? ubi  
Tu inter Tuos, *velut inter*  
*ignes Phœbus minores*, in-  
feriora atque etiam inte-  
riora Subditorum virtu-  
tum splendore copiosè illu-  
minas, Gratiarum calore

amanter foves, & benefici-  
orum influxu liberaliter  
adimpleas & recreas: ac in-  
super efficis, ut per com-  
municatam à Te ardentis  
zeli lucem sacratioris disci-  
plinæ Religiosa Tuorum  
Ascesis sit *sicut Luna*, sed  
*perfecta*, sed *plena in diebus*  
*suis*. Coelum ergo, aut cœ-  
li æmula est Domus Do-  
mini in *Duplaquio*; (nam  
*aquæ etiam super Cælos*  
*sunt, quæ laudant Nomen*  
*Domini*) & in hoc Cœlo  
Tu quasi *Sol refulgens* gemi-  
nas inter Sphæras, Cæle-  
stem

stem scilicet & terrestrem,  
*duplicibus illis annulis* indi-  
catas, virtuosas Qualitates  
(eximias Animi Tui dotes  
intelligo) *utrumque per Or-*  
*bem Clarus* circumfers, ac  
Polo Solóque intentus, im-  
pensâ utrique secundùm  
debitum curâ, non minùs  
Divinis studes quàm hu-  
manis, *sic transiens per tem-*  
*poralia, ut non amittas æ-*  
*terna.* Quod dum facis,  
*Zodiacum vitæ* ipse tibi  
formas, in quo tot quasi  
*Signa* percurris, quot nego-  
tia præclarè gerenda susci-  
pis,



pis, susceptaque feliciter  
perficis. Et ne cuiquam  
hæc otiosè (ne dicam, ad  
palpum) conficta esse vide-  
antur, indulgeat Modestia  
Tua, ut pauca aliqua (nam  
quæ multis sufficerent hæc  
pagellæ?) strictim requi-  
ram: an non videlicet ve-  
lut *Sol in Signo Leonis* fue-  
ris, dum communibus  
temporum nostrorum dif-  
ficultatibus hucusque im-  
perterritus obstitisti, & per-  
densa sæpe adversorum Ca-  
suum nubila nihil læsos  
Virtutum, ac cum primis  
For-

Fortitudinis, radios evibrâ-  
sti? Quando deinde non ita  
pridem Virgineum Crani-  
um Romanæ illius Amazo-  
nis, cujus inñocentissimum  
Nomen, *stans à dextris*  
*Agnus nive candidior*, ni-  
grâ sepiâ scribi vetat, Sa-  
crario Zwifaltensi intulisti;  
An non rectè *Solem in Vir-*  
*gine* Te dixerim? nisi fortè  
malis *Virginem in Te* à me  
affirmari, ut quæ penitissi-  
mis Amantissimi sinûs tui  
medullis tota concluditur.  
Nunquid porrò in *Libram*  
ingressum Te dubitem,  
dum

dum *Justitiam Tuam Vind-*  
*dicativam* in æquâ recti  
honestique bilance susti-  
nendam nuperrimè *Gladio*  
*forensi* armâti ? Ausim &  
hoc addere, *Aquarium*, Te  
subiisse, postquam Spiritus  
Intelligentiæ ita ubertim  
*Aquâ Sapientiæ salutaris* Te  
*potavit*, ut inde Magno-  
rum etiam Virorum Judi-  
cia in rebus arduis consilia  
haurire gestiant, atque ideo  
mirum non sit, Te inter Ar-  
bitros difficilium Causa-  
rum assumptum esse ab  
Imperii Jove Maximo, qui  
à

à Duplo Sole Augustissi-  
mum Nomen tulit. Taceo  
jam Parnassum *Ehinga-*  
*num*, cujus Tu velut Gra-  
tiosus *Apollo* nova incre-  
menta (ut celebris fama  
est) in commune Reipubli-  
cæ Literariæ Bonum, non  
vanè moliris. Quidnî er-  
go & mihi rideat hic *Apol-*  
*lo* ac Sereno vultu præsen-  
tem Libellum excipiat?  
præsertim, cùm illius ope-  
râ & studio elaboratus sit,  
cujus indefessum pro S.Or-  
dinis honore laborem jam  
olim exploratum habuisti  
&

& comprobatum. Fave  
igitur Rev.<sup>m</sup> Præsul, &  
quam *Zodiaco* nostro quæ-  
ro Lucem, ut clarior in lu-  
cem prodeat, non denega.  
Faxint interim Boni Cœli-  
tes, ut innumeros sine nu-  
be dies resplendeas *semper*  
*in ortu*; aut certè inter Si-  
dera Zwifaltensia Tibi, Tu-  
is, mihi que Gratiarum ra-  
diis *utrumque per Orbem*  
juxta ominosam litera-  
rum in Nomine Tuo Me-  
tathesin luceas DIU CLA-  
RUS; donec serò tandem  
in Apogæo Emphyrei con-  
sti-

stitutus fulgeas in perpetu-  
as Æternitates. Ita vovet  
Salisburgi ipso Solennis  
Inaugurationis Tuæ Anni-  
versario Die 17. Martii, An-  
no M. DC. XCVII.

*Reverendissimæ &  
Amplissimæ Do-  
minationis Tuæ*

Servus humillimus


Joann. Baptista Mayr.

APPROBATIO S. FACUL-  
TATIS THEOLOGICÆ.

**D**Octrina Moralis in hunc *Zodiaci*  
Circulum symbolicè distributa per  
tot virtutes, quot *Signa*, cœlestem ac regi-  
am designat viam ad felicitatem, nus-  
quam à rectis S. Fidei, morumque prin-  
cipiis deviam. Cùmque *Ethicos* Aristo-  
telis libros tum selectissimis sententiis,  
monitisque confirmet, tum multiplici  
eruditione illustret; cæteris præclaris  
Operibus, præsertim Institutionibus E-  
thicis Eruditissimi Authoris in publica  
luce meritissimò jungetur. Ita vovet

*Loco spectabilis D. Decani*

**P. PAULUS MEZGER,**  
Bened. è S. Petro Salisb. SS.  
Th. D. & S. Script. Professor  
Ord. Celsiss. & Reverendis.  
Princ. & Archiep. Cons. Eccl.  
Univers. Procancellarius.



## PROLOQUIUM.



**S**olis iter hominem imitari, non fabula est. Ut ille cæli oculus, non semper æquis aspicit & aspicitur oculis: ita humana vicissitudines suas patitur vita. Nullius tam serena frons est, quæ non subinde nubibus & rugis exasperetur. Sol ascendit, & descendit: hominum mores virtutibus elevantur, vitiis deprimuntur. Sol per varia signa decurrit: at quæ occurrunt monstra in vita? Quoties Leo est in via? Quoties se opponit Taurus aliquis nostris actionibus? *Cornu ferit ille, caveto.* Extrema voluptatis venena sunt, ut in caudâ

A

Scor-



Scorpii. Hæc signa Mathematicorum, Ethicis erunt symbola, per quæ vitia & virtutes dignoscere possint.

Sol à debilioribus incipit signis annum : Ethicus à puero virtutem debet. *Nemo enim, inquit Vopiscus, unquam pervenit ad virtutem summam jam maturus, nisi qui puer seminario virtutum generosiore concretus, aliquid inclytum designasset.* Ab ipsa verecundia & pudore adolescens inchoat suas virtutes : & quamvis adultæ nondum sint, pudor tamen egregias animi scintillas & femina bonæ mentis conservat. *Pudor, inquit Seneca ep. 25. quamdiu in animo duraverit, aliquis erit bonæ spei locus.*

Sed ut nôris, quid sit Zodiacus, à Mathematicis ita ferè describitur.

**ZODIACUS** est Circulus in sphaerâ  
Cælesti maximus, & obliquus, in-  
tersecans Æquinoctialem in duas  
partes æquales, quarum altera ad  
septentrionem vergit, altera ad  
Australum. A Latinis *Signifer* ap-  
pellatur, quasi signa cælestia ferens,  
qui præter communem circuli in  
60. gradus divisionem, insuper in  
XII. signa dividitur, & perpetuum  
Planetarum receptaculum est.  
Constat igitur Zodiacus non longi-  
tudine tantum, sed latitudine quo-  
que, quæ à Recentioribus 18. gra-  
duum assumitur, unde non tam  
circuli, quàm fasciæ cujusdam ra-  
tionem habet. Circulus, qui me-  
dietatem Zodiaci dirimit, vocatur  
*Ecliptica*, seu orbita Solis, ab ejus-  
dem motu proprio descriptus, cujus  
orbis exactè respondet. Sol quidem

per Eclipticam in Zodiaci medio-  
 fitam, cæteri Planetæ per suas par-  
 ticulares orbitas intra latitudinis  
 ejus fines inclusas discurrunt. Di-  
 citur autem Zodiacus à Græco  
*Zoy* (Zœ) quod est *vita*, quia Sol,  
 qui in eo movetur, omnia inferio-  
 ra vivificat. Sol enim, uti & cæ-  
 tera sidera, quemadmodum nota-  
 vit Aristoteles *in lib. 2. de Generat.*  
 ex accessu & recessu in hoc circu-  
 lo, est causa ortûs & interitûs rerum.  
 Vel dicitur à *Zódion*, quod *animal*  
 interpretatur, eò quòd secundùm  
 longitudinem dividatur in XII.  
 signa, ut plurimum animalium  
 nominibus insignita, quæ hisce  
 duobus versiculis continentur:

*Sunt Aries, Taurus, Gemini, Cancer,  
 Leo, Virgo,  
 Libràque, Scorpius, Arcitenens, Ca-  
 per, Amphora, Pisces.*

Cæ-

PROLOQUIUM.

Cæterùm juxta cursum Solis, Aries, Taurus, Gemini, conficiunt *Ver* calidum, & humidum, complexioni sanguineæ aptum, & pueritiæ. Cancer, Leo, Virgo *Æstatem* calidam & siccam, cholericæ complexioni aptam, & ætati virili. Libra, Scorpio, Sagittarius, constituunt *Autumnum*, frigidum & humidum, complexioni Phlegmaticæ aptum, & juvenili ætati. Capricornus, Aquarius, Pisces, *Hivem* frigidam & siccam, complexioni Melancholicæ aptam, & senili ætati. Sed quomodo in ordine ad vitam humanam utamur his figuris & animalibus, deinceps explicabimus, modò priùs de Symboli naturâ, usu, utilitate, & jucunditate dixerimus.

Symbola & Emblemata, simul-  
que figuræ Hieroglyphicæ, ma-  
gnam semper tegebant Sapien-  
tiam, quæ tota olim latitabat sub  
his involucris. Ægyptiit enim Sa-  
cerdotes Sacrorum suorum myste-  
ria sub obscuris & in speciem penè  
ridiculis cæremoniis significare so-  
lebant, ut profanum vulgus à  
sacris suis arcerent, & duntaxat ab  
illis intelligerentur, qui sacris iis-  
dem imbuti & initiati essent. Hæc  
ut cognoscerent Plato, Pythago-  
ras, alique æterni nominis viri,  
Ægyptum peragrârunt, ibique ex  
brevibus illis sculpturis, signis &  
symbolis eam Sapientiam adpre-  
henderunt, quam tot tantisque vo-  
luminibus postea tradiderunt. In-  
ventio igitur prima symbolorum  
debetur Ægyptiis & Chaldæis, qui  
in

in schola Memphiticâ philoso-  
phati sunt ; & ferunt Autho-  
res , ante notarum & caracte-  
ris usum , aut scriptionis , inven-  
ta esse symbola , ut animi sensus  
per hæc exprimerent. Prima itaque  
symbola erant rudia , ut omnia pri-  
ma , & nova : scilicet animalia, si-  
dera, arbores, quæ Hieroglyphica  
vocabant, hoc est, sculpturas sa-  
cras. Huic ingeniosæ inventioni  
Græci adjecerunt ornatum, & ex-  
coluerunt symbola elegantiore Ve-  
nere, & scenore luculentiore, ita  
quidem, ut Imperatores, Duces,  
aliósque sapientes viros, maximè  
philologos, in sui amorem & cul-  
tum symbola rapuerint, quod ad-  
huc spectare licet in aulis, palatiis,  
hortis, & in pecuniis, ubi symbo-  
lorum usus est frequentissimus.

Est autem *Symbolum*, ut definit Erycius Puteanus, *Generosa mentis signum, & velut Sipientia compendium, quo decretum animi per Imaginem simulque dictum breviter, eruditè, eleganter explicamus.* Sive, *Symbolum* est nota allegorica rei alicujus, vel pictura, quæ aliquam veritatem occultat, ita tamen propositum, ut sit additum lemma. Ex quo colliges, in substantia *symbolum* omnino convenire cum *Emblemate* & *Hieroglyphicis*, in accidenti differre. Differt autem in his: Si sit pictura nuda, sine ulla inscriptione, vocatur *Hieroglyphicum*. Si sit pictura cum adjecto lemmate, dicitur *Symbolum*. Si præter lemma superaddas *Epigramma*, fiet *Emblema*.

Scien.

Sciendum autem est, quòd Symbolum sit velut corpus, Inscriptio autem sive Lemma quasi anima Symboli: unde vel sententiæ, vel hemistichia, vel noviter excogitata, vel à Poëtis desumpta verba adduntur Symbolis, ad eadem illustranda. Et hodie videre est, dum varia nobilium, Baronum, Comitum stemmata, aut arma gentilitia, per animalia & varia symbola indicantur & distinguuntur. Sic Illustrissima familia Thunorum unicornu cum aquila gerit in suis signis: Illustrissima familia Lodroniorum album Leonem geminatâ & implicatâ caudâ. Sic aliæ familiae aliis signis & symbolis distinguuntur, ut ex earum signis & armis gentilitiis apparet. Cùm enim expressas Virtutis imagines, & ve-



luti ideas excelsis suis animis semel  
comprehendissent : eas tamen, etsi  
lubricas ac facillimè evanescentes,  
solâ picturarum ope & vi ita firmè  
& constanter servârunt, ut in ipsis  
nullo unquam tempore earum aut  
amor languidior, aut notitia ob-  
scurior deprehendi posset. Ratio  
autem, quâ hoc effecerunt, ea fuit,  
ut quivis eorum, pro eo atque cer-  
tam aliquam Virtutis imaginem  
complexus erat, ita rem aliquam  
excogitaret, quæ res depicta, suâ aut  
formâ aut ingenio, aut naturâ, aut  
alio peculiari adjuncto, illam ipsam  
imaginem continenter animis eo-  
rum repræsentaret. Et hæc qui-  
dem hâc occasione adinventâ si-  
mulachra ipsi suorum symbolo-  
rum, Insignium, & ut loquuntur,  
Armorum nomine insigniverunt.

Sic

Sic immortalis gloriæ Carolus V. Romanorum Imperator, auspiciis suis & actis auctoritatem portendens, magnanimitatem suam expressit Columnis duabus, quas Herculeas veteres nominârunt, cum inscriptione: PLUS ULTRA.

Primus orbis Monarchiam natus Cæsar Augustus sub Capricorni sidere natus, tantâ hunc observatione profecutus est, ut pecuniam Capricorni impressione cudi curaverit, cum hâc inscriptione: *Imperium sine fine dedit.* Saladinus Sultanus Babiloniæ, & Damasci, Ægyptique Rex, regnante in Galliis Philippo Augusto, moriturus Ascalone, statuit, ut interius indusium statim à morte per Ascalonem civitatem ab œconomo suo lanceâ per me-

dium transfixâ circumferretur, præ-  
cone altum exclamante : *Restat ex*  
*Victore Orientis.* Additis versibus:

*Qui modò fleētebat validas Orientis*  
*habenas,*

*Mortuus hoc tantùm in Tartara*  
*nigra tulit.*

Certissimum monimentum hoc sit,  
potentissimo cuique, omnia morte  
auferri, nudùmque quasi è vivis  
migrare.

Teste Methodio, priscis Alanis  
& Burgundionibus, nec non Suevis,  
mos fuit signis militaribus præferre  
felem, animal carceris impatien-  
tissimum. Quo symbolo innue-  
bant arbitrii & libertatis appeten-  
tiam, adjuncto lemmate : *Arbitrii*  
*mihî fura mei.* In bello Trojano  
Agamemnon Leonem pictum ha-  
bebat in scuto, Ulysses delphinem,  
Per-

Perseus Medusæ caput. Notum etiam est illud Tarquinii Superbi Symbolum. Hic volens clam & occultè voluntatem suam absenti filio indicare, nec satis tutum ratus consilium aperire nobili, quem miserat filius, eundem in hortum suum obambulatum abduxit, ubi singula, quæ occurrebant, papaverum altiora capita bacillo detrucebat. Hoc factò nimirum intellexit filius, omninò patri placere, ut proceres præcipuèque Gabinorum, (super quibus cum Patre consultabat) corriperentur, extremòque supplicio afficerentur. Atque hoc involucro sangninarium sententiam figuravit filio Tarquinius.

*Claudius Paradinus.*

Porro sciendum est, Symbola amplius patere, quàm stemmata

aut schemata : omnia enim schemata sunt quidem symbola , sed non vicissim omnia symbola sunt schemata. Deinde aliqua symbola sunt historica, aliqua physica, Ethica aliqua, hoc est, ad informandos mores hominum apta. Morum enim Magistri observârunt delicatum mortalium palatum , unde inculcare & instillare bonos mores & virtutes variis modis & viis conati sunt. Velut Medici sub melle Rhabarbarum occultant, ut ægrotus facilius medicamentum sumat : ita morales philosophi sub symbolis, sententiis, historiis, similitudinibus, emblematis sanam mentis doctrinam recondiderunt, & quasi per jocum propinârunt. Exempli gratiâ : pingatur lignum, sive truncus nondum dedolatus, cum inscriptione,

ptione, sive additâ picturæ animâ :  
*Non ex quovis Mercurius.* Quo  
symbolo significare volumus, om-  
nia & quævis ingenia minimè ad  
doctrinam capeffendam idonea,  
neque cujusque animum ita à na-  
tura esse efformatum, ut ingenii  
cultum tam commodè capere pos-  
sit. Elegans illud quoque sym-  
bolum est: tæda accensa, quæ ar-  
dendo paulatim consumitur, cum  
epigraphe: *Officio deficio.* Sive: *ve-  
stros consumor in usus.* Quadrat  
vel in illos, qui in reipublicæ one-  
ribus consenescent, aut in Profes-  
sores, qui se ipsos studiis consu-  
munt, ut aliis facem præferant.  
Hæc & alia pro morum doctrina,  
sive Ethica sive Historica Symbola,  
adiumenta sunt, ut juvenus &  
picturæ illicio, & argutiâ senten-  
tiæ suaviter instruatur.

His

His rationibus impulsus, Zodiacum, signa videlicet duodecim Zodiaci, ad mores & moralem philosophiam accommodare, & explicare volui, ut labor esset jucundior, doctrina facilior, memoriæ ob imagines gratior. Non enim ignoro, quàm delicata sint hodie juventutis & adolescentiæ ingenia, quæ omne ferè studium fastidiunt, ab omni difficultate abhorrent, curiosa quidem ad sciendum, si per infundibulum scientiæ communicarentur, aut si dormientibus species artium obtruderentur. At

*Non jacet in molli veneranda  
scientia lecto.* Sed nunc ad Zodiacum, & quidem ad primum signum Arietis.



*Ne frana animo permitte calenti.  
Statius B. Theb.*



L. 1.  
Nijren



...  
nem oz  
ce litem  
atue in e  
finito u  
dus. &  
& octo  
tertia m  
go quart  
tertia m  
in poster  
dms. F  
ganode  
Allerit  
interca  
pra tel

I. ARIES. v.

*Ne fræna animo permitte calenti.*

Statius 8. Theb.



RIES, primum signorum in Zodiaco, habens caput ad exortum versum, occidit & oritur à primis pedibus, & tenet caput infra Triangulum, aliam imaginem cælestem. Habet autem in capite stellam unam: in cornibus tres, atque in cervice tres, in pede posteriori sinistro unam: in caudâ unam, in coxis duas, &c. in universo habet stellas decem & octo, quarum duæ in cornibus sunt tertiæ magnitudinis, tres in caudâ & tergo quartæ magnitudinis, una super caput tertiæ magnitudinis. Ea etiam, quæ in posteriori pede, est quartæ magnitudinis. Reliquæ omnes sunt quintæ magnitudinis. Longomontanus verò in hoc Asterismo observavit 21. stellas, quas inter ea, quæ in vertice capitis lucida est, præ reliquis observari debet. Etiam si enim

enim quantitate usque adeò conspicua non sit, quippe quæ æstimatur communiter tertiæ saltem magnitudinis, à solo *Ricciolo* secundæ, aut mediæ inter primam & secundam magnitudinem; usus tamen ejusdem in observationibus Astronomicis primarius est.

Est signum mobile, calidum & ficcum, domicilium Martis, & exaltatio Solis, unde incipit calores intendere; & ubi noctes antea prævalebant diebus, mox Sole primum ejus gradum ingresso, utpote in æquatore, illis æquantur, ac tandem cedere incipiunt, & fieri breviores. *Sebastianus Munsterus, Hieron: Vitalis, Ægidius Stranch.*

Cæterum in corpore humano Aries capiti dominatur. Et cum sit signum mobile, variis tempestatibus obnoxium, calidum quoque & igneum (ut volunt) celeres, & aliquando ancipites facit ingenii motus, acres, animosos, ac facile mutabiles. Vigor quoque mentis amore excellentiæ incitatus magis accenditur, & generosos liben-

libenter ignes alit. *Causin.* Laborare doloribus capitis sub hoc signo natos *Joannes à Portâ* notat.

Translationem Arietis in Cælum refert *Ovidius in libris Fast.* Communis fabula est, Arietem hunc aureo vellere splendentem, ex Neptuno & Theophane genitum fuisse, cui Phryxus & Helle soror ejus, Athamantis liberi, novercæ fugientes insidias, infidebant. Trajecit mare prior in Ariete Phryxus; Helle subsequuta, sed puellari timore exterrita, cecidit in pontum, & submersa est. Unde illud mare hodiedum vocatur ab ejus nomine *Hellespontus*. Phryxus progressus feliciter venit in Colchidem ad Regem *Æeten*, ubi Jovi arietem consecravit, & aureum Vellus in templo suspendit; pro quo dein Jason cum lætissimâ Juventute Græciæ in Colchidem navigavit. Gratum habuit sacrificium Jupiter, accepit Arietem, atque illum inter sidera collocavit. Exprimit id *Ovidius* sequentibus verbis:

*Littoribus tactis Aries fit sidus: at  
hujus*

*Pervenit in Colchas aurea lana  
domos.*

*Tres ubi Luciferos veniens premise-  
rit Eos,*

*Tempora nocturnis aqua diurna  
feret.*

Alii putant, ab Ariete denominari hoc sidus, quòd sicuti aries calidioris naturæ est, ita Sole arietem ingressò, calor paulatim intendatur, & æstus hyberno frigore commutetur. Nunc Symbolum examinemus.

*Ne fræna animo permitte calenti.*

Statius 8. Theb.

**M**Ansuetæ ovicula est, ferox  
*Aries*, & non tantum feras  
incurfat, sed & homines cornu  
petit. Inde Hammoniis pugna-  
cibus populis pro galeâ arietis erat  
caput. Græcis quoque in usu fuit,  
ut feciales post res repetitas, si ad  
constitutam diem non darentur,  
arietem in hostium agros statim  
immitterent, eo modo bellum in-  
dictum, & armis uti licere arbitra-  
ti. Ægyptii Jovis simulachrum  
arietis facie effinxere, vel ob ful-  
mina, vel ob tonitrua, quibus or-  
bem terret. Et fortè causa est, eum  
cælestis Aries Marti dedicatus sit,  
quia fel à Marte Planetâ regi dici-  
tur: in felle autem sedes iracundiæ  
est & bilis. Nobis igitur symbo-  
lum

lum ferociae, irae, pugnacitatis erit: simul enim ac cornua arietis accrescunt, pugnacissimus fit, sæpè irâ defævit in arbores, virésque suas examinat, donec justo prælio decertet cum æquali.

Multi pictores magnum pinxere Alexandrum cytharâ ludentem, fulminibus tonantem pauci: quia iram exprimere lacertosi pictoris est. Nos jam de æstu irae agemus, vultu tamen placido.

Ira igneus affectus est & vehemens, qui nisi rationis coërceatur frænâ, miserandas quandoque excitat tragædias, & tota regna inflamat. Hæc autem optima erit iracundiæ ratio (nam licitum est quandoque irasci) si à virtutis amore proficiscatur, & in improborum vitia potiùs, quàm ipsos homines

ex-

excandescat, & defæviat, S. Aug. 115. ep. ad Nebridium, sic philosophatur de ira : *Ira est turbulentus appetitus auferendi ea quæ facilitatem actionis impediunt.* Ita non hominibus tantùm, sed calamo etiã irascimur in scribendo, eúmque collidimus atque frangimus ; & aleatores tesseris, & lutores pictis chartulis, & pictores penicillo, & cuique instrumento quilibet, ex quo difficultatem pati se arbitratur. Assiduitate irascendi fel intumescere & crescere, ajunt Medici. Ex incremento autem fellis & facile, & propè nullis causis existentibus, irascimur.

Definitur ab Aristotele 2. Rhet. c. 2. *Appetitio cum dolore coniuncta, ejus, quæ sperari potest, ultionis, propter apertum, aut certè existima-*



*tum nostri nostrorumque contem-  
ptum.* Primò appetitio est, & ea  
vehemens atque incitata, deinde  
*cum dolore*; graviter enim intimis  
in medullis & præcordiis concuti-  
untur & affliguntur irati, ut ipsa  
videantur pectora rumpere. Quem  
dolorem satis indicant repetita sus-  
piria, vultus teter, nunc subitò re-  
trorsum fugato sanguine expalles-  
cens, nunc in os omni colore ac  
spiritu verso subrubicundus, &  
cruento similis, venis tumentibus,  
oculis nunc trepidis & exilientibus,  
nunc in uno obtutu defixis & hæ-  
rentibus. Videtur tamen etiam  
aliquid mellis habere iracundia,  
nimirum *spem ultionis* in ipsâ irâ, ex  
quâ spe jucunditate quâdam per-  
funditur animus.

Ira autem secundùm intensio-  
nem,

nem, & varia accidentia, forti-  
 tur varia nomina. Prima species  
 vocatur *indignatio*, quæ excitari  
 solet, cùm quis ob leve dictum aut  
 factum citò exardescit, cum cupi-  
 ditate vindictæ, sed facilè rursus  
 remittit, & placatur. Secunda spe-  
 cies est *Iracundia permanens*, & diu-  
 turna, quæ satiari non potest ultio-  
 ne & vindictâ. Tertia species est  
*ira recondita & dissimulata*, expe-  
 ctans occasionem ulciscendi. Hæc  
 ira pessima, quia tectum incendiū  
 & flammam sine fumo nutrit, un-  
 de periculosior erumpit, nemine  
 prævidente. Alii addunt quartam  
 speciem iræ, quam vocant præci-  
 pitem insaniam, aut furorem. A  
 D. Gregorio Nysseno comparatur  
 energumēnorum affectibus. Sic  
 enim ille: *Eadem enim iratis, que*

B

ener-

*energumenis accidunt. Sanguine diffusi ac distorti eorum, qui à dæmone torquentur, sunt oculi, lingua præceps, voces præruptæ, ac latranti similes, quassatio capitis, manuum stolidi motus, pedes instabiles, totius corporis concussio. Hæc sunt irato & dæmoniaco communia: differunt, quòd unum voluntarium malum est, alterum non item. Nunc ad causas iræ.*

*Causæ, quare irascimur, videntur ab Aristotele recenseri ferè sex. Nimirum dolor, impedimentum, vehemens cupiditas, despicientia præsentis status, offensio præter expectationem, & ingratitude. Alio in loco ab eodè septemdecim enumerantur causæ irascendi: Scilicet subsannatio, illusio, detrimentum contumeliosum, maledictum amicitiam de-*  
*spi-*

spiciens, consuetudo honorandi omis-  
sa, ingrati animi signum, nulla exi-  
stimatio, officium spreum, gaudium  
in adversis, neglectus, auscultatio aut  
inspectio malorum, despicientia in  
rebus charis, nulla gratiarum actio,  
dissimulatio, beneficentia in alios &  
non in ipsos, oblivio, ad summum  
contemptus apud eos, à quibus gra-  
tiam & famam colligere contem-  
ptus cupit.

Sed vix certæ causæ statui pos-  
sunt iræ, quia hominum ingenia  
sunt quasi infinita, & discrepant  
quoad naturam, temperiem, æta-  
tem, conditionem, tempus, & alia,  
unde ira materiam sumere potest  
& fomitem.

Quæri hîc potest ab Ethico, utrû  
sub voluntariis comprehendantur,  
quæ irâ, & cupiditate, aut aliquo

vehementiore affectu fiunt? Nam qui irâ inducti agunt, habent principium agendi in seipsis, & sciunt singula: utuntur enim consilio & acri iudicio ad inveniendum modum ulciscendi. Ex quibus colligere est, ea, quæ fiunt irâ vel cupiditate, non invitis nobis fieri. Fuerunt enim quidam Philosophi, qui impossibile existimabant, his potentibus affectibus iræ & cupiditati resistere, ipsiusque Platonis sententia fuit, iram nec expugnari nec vinci posse. Cupiditatem idem Plato vinculo firmissimo comparavit. Ex quibus inferre volunt, sub invitis iram & cupiditatem comprehendi. At hos intelligendos esse reor de irâ, quæ furori & inaniâ comparatur, ubi nimia effervescentia sopit omnem rationem,

&amp;

& adimit voluntarium. Unde

Horatius monet *l. 1. epist.*

Ira furor brevis est ; animum rege,  
qui nisi paret

Imperat, hanc frænis hunc tu com-  
pescce catenâ.

De primâ irâ dicere non velim,  
quæ per electionem fit, quamvis  
primus motus iræ invitis nobis ex-  
surgat, progressus tamen in pote-  
state nostra est. Aliqua enim de-  
cet facere, & ea cum fiunt, non  
sunt invita, sed decet ex ira & cu-  
piditate multa facere: nam & im-  
probis irasci decet, & pulchra &  
honestâ expetere decet; non ita-  
que omnia quæ irâ fiunt, invitis  
nobis fiunt. Et quamvis motus  
iræ sit celerrimus, voluntarius ta-  
men esse potest, etsi non fiat con-  
sultò, quia consilium moram &

cunctationem requirit, non item voluntas. Quamvis fateri oporteat, magnam esse affinitatem, inter consilium & voluntatem. Discrepant tamen, & quidem ex eo quoque capite, quòd circa impossibilia possit esse voluntas; ut, volumus esse immortales, volumus volare, quod impossibile est: at consilium est tantum de possibili- bus.

*Queritur*, quæ sit virtus, quæ iræ moderetur? *R.* Ea dicitur *clementia*, vel mansuetudo, cujus extremum in excessu *iracundia* est, in defectu verò *lentitudo*, sic enim Ciceroni appellatur. Et mansuetus quidem est aut clemens, qui ut decet, & quando, ac quibus, irascitur: iracundus verò, qui quâvis levi de causâ irascitur, & totus fe-

feruet, & ut dici solet, in fermento est. Lentus dicitur, qui cùm irasci deberet, & abstinet & iram cohibet. *Objectum* clementiæ aut mansuetudinis est ira, quam hæc virtus moderatur & regit. Actiones ejus sunt, iram coërcere & frænare, ut recta ratio dictat & prudentia. Non autem posse irasci, dicitur vacuitas iræ.

Mansuetudo debet hîc sumi pro medio; illa enim moderari debet iram secundùm causas, nam pro aliquâ causâ convenit secundùm rationem magis irasci, & pro aliâ minùs. Pro quâcunque autem causâ quis irascitur, si irascitur ut oportet, & quantum, & quando, & quanto tempore, is servat decorũ, ac mansuetus dicitur. Quia singulariter attendit, primò ne pertur-



betur ex irâ iudicium rationis interiorius. Secundò ut non ducatur ex irâ in actionem exteriorem, sed imperante ratione omnia agat. Accipimus autem hic mansuetum promiti, clemente, & tractabili, non pro illo qui irasci omninò nequeat.

Vitiosa est lentitudo quoad defectum, quia non irascitur cùm deberet, & cùm ratio exigeret. Hinc Aristoteles dicit: *Insipientis est non irasci in his, in quibus oportet, & quando, & quantum, & cum quibus personis.* Nam ira oritur ex tristitia, quæ provenit ex malo illato. Jam si quis nullum sensum mali habeat, & ex illatione mali non irascatur, signum est, ipsum esse ingenii torpentis & abjecti, ut qui ex malo non commoveatur, nec illud agnoscat. Et ideo ab

au-

authore naturæ, & ab ipsa natura nobis inditus est hic affectus, ut secundum imperium rationis eo motu uteremur ad vindicandum & ulciscendum. Quamvis aliquis posset dicere, ultionem secundum rationem etiam sumi posse sine irâ; id tamen vix credibile, quia motus iræ excitatus promptiorem reddit hominem ad puniendum & vindicandum; nisi enim appetitus sensitivus nos adjuvaret ad exequendum judicium rationis, frustra esset in humana natura.

Superiùs quidem diximus de excessu iræ, & de ejus speciebus, hic fusiùs & clariùs paulò explicabimus.

Habet autem, ex sententiâ Aristotelis, excessus in irâ tres species, quarum prima dicitur *iracundia*,

secunda *amaritudo*, tertia *gravitas*.  
*Iracundia* est in illis, qui velociter irascuntur, & illis quidem personis, quibus non oportet, & in rebus in quibus non oportet, quorum ira non diu perseverat, sed citò quiescit, sicut citò insurgit. Hi non retinent in corde iram, sed statim extra protrudunt; quia vel statim ulcisci possunt vel signis exterioribus, puta verbis, blasphemis & contumeliis exhalant iram, quâ exhalatâ quiescunt, sicut calor conclusus diu servatur, evaporans autem citò deficit. Ad hanc speciem maximè dispositi sunt cholericis, propter velocitatem & subtilitatem cholerae. *Amaritudo* iræ est in illis, qui diu irascuntur, & quorum ira de difficili soluitur, quam intrinsecùs servant, quiescunt primùm quando  
puni-

punitionem absoluerunt, tamdiu enim ruminant iram & coquunt. Vindicta procurata motum iræ quietat, quia loco tristitiæ præcedentis adfert solatium & gaudium. Ut verò hæc amaritudo digeratur, quia tota est intrinseca, longitudine temporis opus est, ut tepescat. Nam perdifficilis est curationis hæc ira, quia latet, sicut vulnera interna, quæ subterfugiunt chirurgi aspectum, difficillimè sanantur; ea verò, quæ oculo patent, facilioris curæ sunt: ita prima species iræ, eò quòd prorumpat in apertum, placari facilè potest. Amaritudo verò vix habet remedium ab extrinseco, quia nescitur, & nō aduertitur ex motibus & signis exterioribus. Isti amarulenti homines in conversatione & humano convi-

ctu admodum sunt molesti & sibi-  
ipsis & amicis : sibiipsis quidem,  
quia animum habent exulcera-  
tum ; amicis , quia mores habent  
amarulentos , qui & offendunt , &  
offensi non placantur. Ad hanc  
iram dispositi sunt Melancholici,  
quia habent fortissimas impressio-  
nes & imaginationes. *Gravitas*  
iræ est in illis , quorum ira nun-  
quam minuitur , nec ulla tempo-  
ris longitudine digeritur , sed & su-  
mit vires ab annis , nec nisi mor-  
te finitur. Statuunt enim non quies-  
cere , donec vindictam fecerint ,  
& sic usque ad mortem perseve-  
rant. Isti homines sunt pessimi &  
inhumani , & ut feræ vitandi.

Justæ iræ modam secundum  
omnes circumstantias , ita ut lau-  
dabilis sit actio moralis , describe-  
re

re difficile est. Circumstantiæ enim istæ requiruntur. Primò, qualiter sit debitè irascendum, & secundùm rationem. Secundò, quibus personis. Tertiò, in quibus rebus. Quartò, quâ de causâ. Quinto, quando, & quamdiu. Quia verò ista in singularibus consistunt, non facilè determinare est, sed secundùm prudentis iudicium, & secundùm sensus interiores & exteriores ira æstimanda est, an debita sit, iusta, sufficiens, vel excedens, nec ne. Remedia contra iram immoderatam vide in nostris *Institut : Ethicis l. 2. c. 5. Disc. 5. pag. 216. & seqq.*

Ex superioribus speciebus iræ facile quoq; notari potest, quòd in societate humana, & cõversatione civili, iracundiâ laborâtes, morosâ &

gravi irâ perciti, sint admodum molesti, econtrâ affabiles accepti. Quare quædam hîc de affabilitate dicenda, in quantum affabiles homines placare solent iratos subinde, & societatem, quam irati perturbârunt, rursus resarciunt. Affabilitas est virtus moralis, quâ præditus homo se delectabilem & gratiosum in conversatione & convictu cum aliis, tam in verbis quàm in aliis negotiis, se exhibet. Quidquid n. loquitur aut agit, delectabiliter & gratiosè loquitur & operatur, non quidem absolutè, sed in quantum decet, & honestas admittit, & secundùm rationem. Nam sunt aliqui homines, qui & in colloquiis & in convictu sive societate humana volunt omninò omnibus placere, nunquam alios  
con-

tristare, sed omnia aliorum dicta & facta laudant sive sint bona sive mala, tantum studio illis placendi: isti vocantur Placentini, qui inquam placere omnibus volunt, aut à placentâ, quâ oblatâ etiam mores distortos conviventium adprobant, ut sunt parasiti, adulatores. Hi non servant medium & modum affabilitatis, sed excedunt, quia non ut decet sunt affabiles, sed assimilantur canibus, qui etiam exteris & ignotis blandiuntur, quamdiu bolum carnis ipsis ostendunt. Sunt verò in oppositum alii homines, qui scilicet datâ operâ & studiose adlaborant omnibus in omnibus contradicere verbis & actis, & omnes reprobare, omnibus tristitiam adferre, difficiles, fastidiosi, inhumani, contentiosi, protervi,



terui, discoli. Tales inficiunt communitates & omnes convictus hominum, aut conversationes perturbant: ut etiam sunt illi pseudostudiosi, qui nocturnam turbant civitatis quietem clamoribus, & provocationibus, etc: de quibus in suo *Fasciculo Juris publici*, Nob. & Consultissimus Dominus Doctor Hermannus Hermes agit c. 33. de *Academiis*, ubi ex citatis Authoribus probat, similes homines contentiosos, discolos, privilegia studiosorum amittere. Ad privilegia enim obtinenda, inquit dictus Author N. 178. exigitur ut scholares in Academia literis invigilent, si frui velint privilegiis; nam qui nihil præter nomen, imaginem, & titulum studiosi gerunt, lectiones publicas non audiunt, exer-

exercitia solita non frequentant, atque ita de facto se scholarium ordine eximunt, hinc inde nocte dieque vagantur, quos pseudoscholasticos vagantes vulgus appellat, ut & ij qui insolenter & dissolutè vivunt, privilegiis se indignos faciunt. Cùm enim in his cesserit causa privilegii, quæ est favor studiorum, cessabit quoque ipsum privilegium. Et post pauca subiungit idem Author: Sic mendacium dicit, qui se scholarem profitetur, & opera scholarium in effectu non præstat. Imò desides non in scholis militantes, sed in fornicibus & gurgustiiis delitescentes, vitiis desudantes, obedientiam excutientes (quos vulgò scoristas vocant, fucos & carcinomata) facti infamiâ laborare vult *Jason*. Huc reducit quo-

quoque illos pseudoscholasticos, & erroneos, qui reliquos studentes sibilando, fistulando, saltando & aliis modis turbant. Verè cornuti arietes, qui homines etiam sine causâ incurfant, aut quandoque cum causa, quando scilicet rivalitas intercedit inter duos arietes propter unam oviculam, unde contentiones, iræ, rixæ, provocaciones, inimicitia. Sed ad his molestis hominibus ad affabilitatem rursus, & quinque proprietates ejusdem.

Prima proprietas affabilis hominis est : cum omnibus delectabiliter loquitur, ut decet, servatâ distinctione personarum.

Secunda : intendit delectabiliter aliis convivere, non turpiter aut damnosè, sed gratiâ boni honesti &

& utilis. Convivunt enim homines, ut sint sibi invicem utiles & delectabiles, ut decet: & in hoc distinguuntur à brutis.

Tertia: Affabilis etiam corripit eum, cum quo conversatur, si is aut in verbis aut actibus sit inhonestus. Sed facit hoc ad ipsius salutem & correctionem affabilis, & corrigit in quantum decet, & modo quo decet.

Quarta: Affabilis diversimodè loquitur & conversatur cum constitutis in dignitate, & cum privatis, & cum notis, & cum extraneis, gerens se secundum quemcunque gradum personarum, ut decet.

Quinta: affabilis intendit, quantum in se est, delectare, & non vult ordinariè aliquem tristitiâ afficere.

ficere. Si tamen proximi salus resultet magis ex tristitia quàm delectatione, majúsque commodum sperandum sit, etiam prout decet contristat. E. g. Amico ægro-tanti periculum mortis adesse indicat, ut amicus se meliùs ad æternitatem disponat, etsi ex hâc admonitione sequatur tristitia, quam curare non debet ob majus bonum quod consequitur, scilicet bonum animæ. Homo enim hominem adjuvare debet, quia homo naturaliter est animal politicum & sociale, & hinc habet ordinem ad alios.

Ut igitur affabiles in omni confortio aut conventu hominum merentur amorem, laudem, & reverentiam: ita odium sibi præ-  
pa-

arant iracundi, morosi, diffi-  
ces. Quare de his satis, ac etiam  
de eorum signo, scilicet  
Ariete.



II. TAU-

## II. TAURUS. 8.

*Gradatim ad summa.*

TAURUS secundum Zodiaci signum, fixum, terreum, mutilatum, Domicilium Veneris, & exaltatio Lunæ, in quo, utpote in principe signo sui trigoni, primùm apparet post congressum cum Sole in Ariete ipsius Solis exaltatione. Hic averfus occidit, & exoritur. Habet in cornibus singulas stellas, sed in sinistro clariorem, in pectore unam, in oculis & cornuum radicibus singulas, in sinistro & priore genu unam, &c. in universo habet stellas triginta tres: inter quas ea, quæ oculus Tauri vocatur, insignior habetur; nam est primæ magnitudinis, cum cæteræ partim sint tertiæ & quartæ, & partim quintæ magnitudinis. *Bayerus* in eo sidere enumerat stellas 48. Et *Keplerus* 52. inter quas celeberrimæ sunt Pleiades, Hyadésque: hæ in capite, illæ in dorso Tauri



*Gradatim ad summa*

S. 8.  
Zodiac  
terreum  
cium Ve  
Luz, ta  
rayon,  
cum cur  
ratione  
17-  
in  
man, in  
gulas in  
Sec. in  
urs: in  
vocat,  
ma or  
merre  
magis  
cume  
mice  
Hy-  
dorlo  
Tauri



SYMBOL

...combin  
...Tanti p  
...usque ad  
...Natura  
...em stella  
...prima es  
...des Stella  
...maliz  
...quinto m  
...in quibus  
...ones, &  
...Præf  
...servici, g  
...m et  
...barunt  
...borol  
...mune  
...te d  
...omnib  
...aliu  
...calice  
...eo mal  
...feso,  
...pectand  
...Sebasti

primi Tauri constituta. Initium sumit à gr. 7. Tauri primi mobilis, ac protenditur usque ad gr. 25. Geminorum.

Natura ejus diversa est, ob diversitatem Stellarum, quæ in eo sunt: nam primæ ejus Partes, in quibus sunt Pleiades Stellæ procellosæ, violentæ sunt, & maleficæ: mediæ temperatæ, & aliquantò humidiores: Postremæ calidæ, in quibus Hyades, fulgura, coruscationes, & similia adducentes.

Præst ex membris humanis collo, cervici, gutturi. Et ideò hoc Tauri nomen est inditum: quia experientiâ probatum est, homines sub illo nascentes laboriosi quòd sint, constantes, ingenio minimè vafro, corpore præstanti, fronte elatâ atque utrinque prominente, oculis sæpè grandiusculis. Sed adhuc alia ratio suppetit, quia hoc signum specialiter ejus generis animantes afficit, ut eo malè affecto atque ab infortuniis possesso, malè futurum esse pecudibus expectandum sit. *Hieronymus Vitalis, & Sebastianus Munsterus.*

Tradunt Poëtæ, referre asterismum hunc Jovis figuram, quam, cùm Europæ insidiaretur, induit. Alii, esse Isidem, à Junone in vaccam conversam, à Jove verò inter sidera collocatam. Unde Ovidius:

*Vacca sit, an Taurus, non est cognoscere promptum,*

*Pars prior apparet, posteriora latent.*

*Seu tamen est Taurus, sive hoc est fœna signum,*

*Junone invitâ munus amoris habet.*

Alii verò, & recentiores scriptores, alterum hoc Zodiaci signum Taurum vocari putant, quòd Sole idem ingressò, vigeant taurorum labores, cùm terra eò tempore arationi idonea sit.

Nobilissima certè constellatio: Sole enim Taurum peragrante aperit se terra, hibernâ compede ferè jam soluta, & clementioribus auris ridens. Inde agrorum studium, amórq; rusticandi, cujus Taurus index & ferè comes. Inde, ut natales ferunt, sub Tauro nascuntur libenter agricolæ, aut prædiorum hortorumque culturæ dediti. *Nicol. Casinus.* Sed Symbolum ejus modò exponendum. *Gra-*

*Gradatim ad summa.*

**R**enatus Siciliae Rex, ut exprimeret conceptam spem in majorem adhuc Principem evadendi, Taurum cum suis insignibus pingi curavit, cum inscriptione: *Pas à pas*, hoc est, *gradatim ad summa*, subintelligens, labore & tolerantia Taurum magnum iter perficere, licet tardè incedat. Insinuat eundem sensum in Adagiis Erasmus, dum inquit: *placidè bos, sive lentè bos*, subintellige incedit. Congruit in illos, qui placidè & paulatim, citràque tumultum, sed tamen assiduitate rem conficiunt. Equorum laus est velocitas: Boves non valent celeritate, sed viribus, & assiduitate pollent, non impetu. Pro-

G

inde

inde in pugnâ statariâ vel ipsis leonibus formidandum animal, & ad exhauriendos ingentes labores adpositum. Sunt alii, qui bovillum caput exertum pelle, purgatúmque carne, pro labore & tolerantia proponant velut Hieroglyphicum. Et si fructum ex laboribus perceptum indicare velint, caput hujusmodi tauri floribus & corollis redimitum pingunt, corymbésque & ferta hinc inde à cornibus suspendunt. In antiquis Romæ ruderibus adhuc videnda sunt in marmoribus bovilla capita sic coronata aut laureata. Nam post vitæ præclarè actæ cursus, laboresque superatos, Apotheosis ipsa præmium decernebatur. Hic non subticere possum, veterum Germanorum institutum, qui uxo-

i ducendæ boves junctos, fræna-  
 um equum, & scutum cum fra-  
 nea gladióque, dotis nomine mit-  
 ebant, in signum, quòd uxor, ut  
 Tacitus ait, admoneretur, venire  
*e laborum periculorúmque sociam*  
 in matrimonium; id enim boves,  
 bellum autem equus designabat.  
 Bos terræ laboribus est destinatus,  
 psique Mathematici ajunt, eos  
 filios aut filias in ascendente sideris  
 Tauri natos laboriosos effici.

Potest etiam Taurus symbolum  
 esse consilii maturi, quod tardè  
 quidem excoquitur, sed firmum  
 pedem habet & fundamentum.  
 Talia consilia sunt in senibus, qui  
 licet nonnihil cunctantiores quàm  
 juvenes sint, firmum tamen impri-  
 munt pedem. De quibus dici po-  
 test id, quod de bono horologio:

*Sat citò, si sat benè.* Motus enim rotarum si regulariter perficiatur, quamvis tardus sit, horas tamen regulariter indicat. Politici fatentur, duos pedes reipublicæ esse, consilium & vim; consilium esse in senibus, vim in Juvenibus. Nihil verò vim valere absque consilio, hæc gnome docet: *Nihil sunt arma foris, nisi consilium sit domi.* Et, *consilia senum sunt hasta Juvenum.* Utroque hoc stat pede respublica: sive vis foris deficiat, sive consilia domi languescant, incipit Respublica claudicare. Ideò autem consilia à senibus petuntur, quia cùm sint canis præditi, longam experientiam habent; & quia suspiciosi sunt senes, sunt cauti admodum & circumspecti. Vis petitur à Juvenibus,

-- -- *Qui-*

-- -- *Quibus integer ævi  
Sanguis adest, solidaque suo stant ro-  
bore vires.*

Adverterunt hoc Romani, qui  
semper senes, quibus corpus annis  
infirmitate, ingenium verò Sapien-  
tiâ validum erat, Reipublicæ clavo  
admovebant, eosque à cura patres  
dicebant. Afferit Valerius Max.  
validior ætas imperium Roma-  
num rexit, & duplicavit, senectus  
excellentissimis ornamentis deco-  
rata in altissimo Majestatis fastigio  
fulsit. In juvenibus præcipitania  
est comes consiliorum; ob ætatem  
enim sunt fervidi, sed minùs pro-  
vidi, itaque fraudibus magis pa-  
rent. Seneca testatur his jambis:

*Juvenilis ardor impetu primo furit,  
Languescit idem subito, nec durat diu.*

Contrà senes cunctatores naturâ  
sunt, quibus cauta consilia cum



ratione magis , quàm felicia  
ex casu placent. Et verò , cùm  
ad consultandum & judicandum  
prudencia, usùsque rerum requira-  
tur, nec nisi longo tempore com-  
parari possint , senioribus Consi-  
liariorum partes sunt deferendæ.  
Quòd si tamen eximia sit indoles  
& virtus matura , non expectan-  
dus est ætatis progressus , atque ea  
censenda est ætas perfecta , in quâ  
virtus est perfecta. Unde non  
penitus excludendi sunt à consiliis  
juvenes , cùm matura in iis est vir-  
tus. *Nicol. Vernuleus Polit. lib. 2.  
Tit. 2. n. 2.* Aliàs cupidi juvenes  
multas respublicas evertunt. Uti  
enim equi nunquam proniores in  
casum , quàm in effusissimo cursu :  
sic Juvenum consilia cùm ferocissi-  
ma, sunt periculosissima. Itaq; frœ-  
no

no inhibenda. Quo? senili. Re.  
tè quidam Poëta :

*Ut orbium diversus in contraria  
Nisus, coërcet fervidum motum rota:  
Sic & senectæ providens cunctatio  
Calidos juventæ franat ausus, & regit.  
Ideirco princeps eligat sibi senes  
Ad consulendum, juniores comparet  
Ad exequendum jussa prudentum  
senum.*

Plutarchus hoc judicium addit:  
*Maximè servatur civitas, ubi con-  
silia senum, & juvenum virorum  
præcellunt lanceæ.*

Dum per Taurum Laborem in-  
telligimus, distinguendus est labor:  
alius enim est in agricultura, alius  
industrialis in artibus. Unde labor  
est functio quædam, vel animi vel  
corporis, gravioris operis & mune-  
ris: sic dictus, quòd membra fa-  
ciat labare, dissipatis inter agen-  
dum

dum spiritibus vitalibus. Cùmque è republica sit, ut ciues abundant, rerùmque omnium sit copia & affluentia, ideo labor est necessarius, quo ea parantur, quæ sunt ad victum, vestitum, habitationem, opes & divitias, non tantùm ad necessitatem, sed utilitatem, commoditatem, & voluptatem. Dii verò laboribus omnia vendunt, & labor virtutis est procus: atque sicut avis creata est ad volandum, piscis ad natandum, sic homo ad laborandum. *Qui non laborat, non manducet.* Inter alia etiam laboris encomia, & utilitates, hoc est, quòd labor sit Amoris illiciti domitor. Uti Poëta quidam canit:

*Omnia parve puer, Veneris fœdissima  
proles,*

*Telorum duro cùm premis imperio:*

*Sola*

*Sola Diana tamen vestri vim despicit  
arcus,*

*Dum sequitur fortes fortior illa  
feras.*

*Otia si tollas, periit vesana libido,  
Quam labor assiduus, duraque vi-  
ta domat.*

Nimirum Poëtæ finxerunt Dianam  
inanem esse ab amoris telis, eò  
quòd assiduis venationibus inten-  
ta, amori non attendat: otio verò,  
mollitie, & luxu augeri faces Cu-  
pidinis, & quodam veluti fomen-  
to nutriri, ac sustentari. Quod  
animadvertens Lycurgus leges tu-  
lit, quibus Juventutem ab otio  
ad labores compulit, ad ve-  
nandum scilicet, currendum, na-  
tandum, esuriendum, sitiendum,  
& algendum, & æstuandum. Iis-  
dem artibus & exercitiis Romana  
quoque juvenus educata fuit: &

hodie Principum five Magnatum filii certam habent distributionem temporis, ut continuò animus eorum sit occupatus; ipsaque recreatio sic prudenter instituitur, ut vel Musicam addiscant, vel athleticam exercent, vel Sphæristerium frequentent, vel aliud corporis exercitium, quo vires discretè probentur. Non verò placet quibusdam magnis viris ea Juvenum recreatio, quando nec in campos ambulant, nec pilâ ludunt, sed integros recreationum dies pigrâ & molestâ, ac etiam noxiâ sessione apud chartifolia lusibus Gallicis comburunt: ex quâ sessione sanguis computrescit, calculi generantur, ut Medici aiunt, Melancholicus humor augetur, ipsique artus constringuntur, & agilitas corporis deperditur.

Magnatum dicitur. Si verò cœlum sit imbribus  
 nubionem infestum, ac prohibeat exitum, re-  
 animus co- laxandi animi causâ, unam aut  
 que recrea- alteram horam tali ludo impen-  
 tur, ut ve- re non extra rhombum erit.  
 athleticam Prudentes tamen educatores sem-  
 rium fre- per ita instituunt educationem, ut  
 onis exer- ipsa recreatio sit aliqualis labor, ut  
 e proben- lusus conorum, lusus pilæ, palæ-  
 buendam tra, saltus, cursus, Musica, Pictu-  
 creatio, ra. Veteres Persæ liberis suis pa-  
 obstant, nes in summitatem Pyramidis po-  
 s recrea- nebant, quos nisi jaculis & sagit-  
 effa, ac- tis deiecissent, impransi manere de-  
 chati- bebant. Antiquis Germanis quo-  
 rorum: tidianum erat, flumina tranare,  
 oportu- fossas saltu superare, cursu ad me-  
 e Medi- tam contendere, librare corpo-  
 humor ra, &c. Hæc de ingeniosis simul &  
 utrin- laboriosis recreationibus, quibus  
 deper- & sanitas servatur, & corpus robo-

ratur. Sed ulterius de labore dicendum : qui ut etiam oculis quasi pateat, non quidem penicillo, sed calamo colorandus erit.

Laborem si contempleris, virum conspicias corpore vegetum, membris valentem, facie subnigrâ, ceu sole adustâ, sudore plurimo madidâ, manibus benè durato calle obductis, humeris sarcinam gravem sustinet, è variarum artium tam mechanicarum, quàm liberarium instrumentis : inter quæ libros benè magnos videre est. Ad latus peram & lagenam pensiles habet, illam pane, hanc vino repletam : nunquam eget, aut mendicat, quin imò neminem esurire permittit, qui subit paria cum ipso onera. Supra sarcinam ipsius hic versus extat : *Labor omnia vincit*

*Im-*

*Improbus, & duris urgens in rebus egestas. Vides quasi in tabellâ Laboris vultum & habitum. Cui addere illud Ciceronis lib. 1. officiorum licet: Neque enim ita generati sumus à natura, ut ad ludum & jocum facti esse videamur, sed ad severitatem potius, & ad studia quaedam graviora, & majora. Solonis lex fuit: qui desidiam sectatus est, is accusantibus esto obnoxius. Nemo enim de vento vivere præsumitur, ut Alex. Imperator rescripsit. Et certum est illud: otia dant vitia; nihil enim agendo discimus malè agere. Pulchrè Ennius otium depingit: Otioso initio animus nescit quid velit. Hoc idem est, neque domi nunc nos, nec militia sumus. Imus huc, hinc illuc: cùm illuc ventum est: ire illinc lubet. Incertè er-*



*rat animus , præterpropter vitam  
vivitur. Vera descriptio otiosi ju-  
venis. Videas enim aliquos ita  
incedere languidos, suis cogitatio-  
nibus involutos , sibi aliisque gra-  
ves, somnolentos , qui nulli rei se-  
riò se adplicant, totum diem terunt  
nihil agendo, scholas subterfugiunt,  
domi nec scribunt nec legunt, sed  
noxio torpore seipsum corrumpunt :  
quos si roges , quod institutum ali-  
quando sequi velint , quàmque vi-  
tæ rationem tenere ? respondent  
per verbum *nescio*. At hi scire  
deberent, cœlum laboribus favere,  
& Deos dona sua & beneficia ho-  
minibus non nisi laboribus vende-  
re. Et ut quidam Poëta canit :*

*Non nisi per magnos voluit Deus esse  
labores*

*Ad sua regna viam , nec sidera  
segnibus offert.*

Sci-

Scilicet Virtutis rami, ut inquiebat  
 Plato, sudore ac labore producun-  
 tur. Quod experientiâ edocti, vel  
 ipsi gentiles senserunt, ac censue-  
 runt. Septimius Severus Imperator,  
 pro militari tesserâ tribunum dare  
 iussit: *LABOREMUS*; sive cum  
 Euripide sentiret, Poëta magno &  
 sui temporis facilè omnium do-  
 ctissimo: neminem esse clarum  
*sine labore*; sive magnificum illud  
 dogma Stoicorum, altè mentibus  
 inustum haberet: *in actu morien-*  
*dum*, omnibus suis laborandum  
 præcepit. Militia est vita nostra,  
 hanc quisque sibi militarem tesse-  
 ram datam autumet, *Laboremus*.  
 Vides excelsa summorum viro-  
 rum nomina per famam cœlis inscri-  
 pta? labori debent. Quos audis  
 commendari Cicerones, Marones,  
 Li-

Livios, Plinius, vigiliæ & labores  
 evexerunt. *Sunt animi nostri, in-*  
*quit D. Bernardus, ad aliquid agen-*  
*dum nati & appositi, itaque opere*  
*pascuntur, roborantur, gaudent;*  
*otio verò dissolvuntur, inertiam deci-*  
*dunt: Placet addere Jambos hos*  
 Dimetros:

*Honesta si que feceris*  
*Cum maximis laboribus,*  
*Cedentibus laboribus*  
*Dulcis manebit gloria.*  
*Sin turpe quid commiseris*  
*Cum gaudiis amplissimis,*  
*Abibit omne gaudium*  
*Turpi manente infamia.*  
*In omnibus duplex iter*  
*Proponitur mortalibus:*  
*O clara mens accingere,*  
*Virtutis ut carpas viam.*

Didacus Saavedra eleganter in suis  
 symbolis politicis laborem & exer-  
 citationem commendat per coral-  
 lium.

ium. Id in mari nascitur sub  
aquis, & continuâ fluctuum, tem-  
pestatum, ventorum vi agitur:  
inde magis magisque induratur, &  
per hæc opposita ad firmitatem &  
pulchritudinem devenit. Unde il-  
li *Robur & decus*. Hoc adplicat edu-  
cationi, memor moniti Aristotelici  
*Pol. 1. lib. c. 17*. Est etiam utile, sta-  
tim ab ineunte ætate frigoribus  
assuescere: hoc enim tum ad va-  
letudinem, tum ad munera mili-  
taria commodissimum est.

Insuper Taurus est modestæ ob-  
sequentix signum. Sic verò quidam  
picturam effecerunt, volentes ho-  
minem exprimere eâ modestiâ præ-  
ditum, ut facilè eum queas à per-  
peram factis avertere, Taurum ge-  
nu dextro illigatum pingebant:  
hunc enim si dextero alligaveris  
genū,

genu, mansuetum & vincula consequentem invenies! Experientiam hujus dedit quidam Græculus Romæ sub Clem. VII. Pontifice. Is enim Græculus duxit ferocissimum Taurum sæpius per universam urbem, quem tenui admodum funiculo religârat à genu. Ob quod factum peritissimi nomen magi apud imperitos & inscios affectus est. Nihil è re magis juvenum, ut ad altiora pervenire possint, quàm obsequendi modestia & parendi facilitas. Juvenilis tamen ferocia, quam à nimia libertate capiunt, ubi privilegia in pravilegia commutantur, legibus liganda est, ut Ducem præeuntem, veluti Taurus genu ligatus, sequantur. Ratio verò est, cur legibus ligari debeat Juventus, quia ob calorem  
in-

annatum, unde illis ferocia, omnes  
actiones præcipitanter, inconfide-  
ratè, turbulenter instituerent, imò  
ob ætatis teneritudinem nec con-  
stanter agerent, nec uni rei inhæ-  
rerent, sed vago in res varias affe-  
ctu aut amore, huc illuc mutabi-  
les transportarentur. Quo modo  
magendi rarò, & non nisi fortunâ  
amante, ad effectus gloriosos ven-  
turi essent.

Relinque enim unum aut alte-  
rum adolescentem vel Juvenem  
suo Genio, quàm variabilis erit?  
Nunc libros, nunc canes, nunc  
equos petet: paulò post testudinem,  
tum pilam, aut gladium tractabit;  
in horas mutabilis transferet suos  
affectus ab uno objecto in aliud,  
induetque colorem ut chamæleon  
ejus panni, cui insidet: Futuri sem-  
per

per incurius, in præsentia intentus, brevi eadem fastidians, in novos rerum amores se provolvens. Unde ista? à lubrica & nondum firma ætate. Unde tam infirma? ex defectu rationis & experientiæ, quæ solidam & virilem ingenio & genio addunt consistentiam. Unde acquirent? ab Educatione & doctrina, & à Ducibus vitæ si iisdem parent, si illis se credunt ideo, quia credunt eos prudentiores & magis rerum gnaros, citiùsque pericula prævidere, & dignoscere aurum à scoriâ. Hæc est ergo ingeniosa magia, ligare pedem Juventutis, hoc est libertatem excessivam & ferociam inhibere legibus, multis, pœnis, ut ductum sequantur ducentium ad honores & dignitates.

Ad

Ad hæc Taurus Symbolum au-  
ditûs est. Juvenes si lubentes au-  
diant, & eorum aures pateant mo-  
mentibus, fundamentum habent  
firmissimum ad Magna enitendi. Ari-  
stoteles ipse suos libros ab auditu  
inscripsit, sperans plenam erudi-  
tionem capiendam ab Auditoribus,  
si audiant. Ex quadrupedum ge-  
nere auditu duo maximè pollent:  
Cervus, & Bos sive Taurus. Cer-  
vus quamvis sit acerrimi auditûs,  
tantisper tamen eo excellit, quam-  
diu arrectas habet auriculas, quas  
ubi demiserit, non solùm non præ-  
stat auditu, sed etiam laborat sur-  
ditate. In Tauro aures ad audien-  
dum semper promptæ: ea propter  
Ægyptii Sacerdotes per auriculam  
tauri pictam, & auditum & obse-  
quij sedulitatem indicabant. Cer-



ta spes de adolescente futuri profectus, si libenter audiat, nec sit monitoribus asper. Ista enim audiendi obsequentia, cum ad eruditionem, tum ad bonas actiones viam aperit, sternit, præparat, & animus adolescentis, qui antè est veluti tabula rasa, per auditum imprægnatur, coloratur virtutibus, artibus & doctrinis inscribitur. Nihil enim est in intellectu, quod non prius fuerit in sensu. Duas autem portas præcipuas habemus, per quas ars, doctrina, bonæ leges ingrediuntur in animum, aures scilicet & oculos; cumque duplex sit docendi modus, per præcepta & per exempla, aures præcepta hauriunt, oculi exempla vident. Sed ut ad Lemmatis, sive inscriptionis Tauro factæ, sensum venia-

veniamus , scilicet *Gradatim ad*  
*Summa* ; Sciendum est , quòd la-  
pore & patientiâ ac longanimitate  
æpè magni honores velut apices te-  
neantur. Sic in sublimibus monti-  
bus, qui Tyrolim, Salisburgensem  
provinciam, Styriam exasperant, vel  
intersecant, usus tauroruû frequen-  
tissimus est, qui tauri gradatim ad  
summitatis planitiem enituntur  
certo quidem passu, eo tamen cer-  
to, quamvis non sine anhelitu &  
sudore. Virtus, teste Socrate, in  
monte posita est arduo, quo eniti  
& eluctari sine difficultate non  
possumus; vires intendendæ, la-  
pore & sudori non parcendum.  
Difficultas superatur constantiâ &  
tolerantiâ. Nam in actionibus  
virtuosis exercendis difficultas oc-  
currit à refragante semper naturâ  
huma-

humanâ, quæ pronior suâ inclinatione in voluptates, quàm ad industriam. Dúmque sic obnititur & repugnat, ratio calcaria addere debet, & manum porrigere virtutes exercenti: ex reiteratis verò virtutis actionibus, quasi sæpius fixis taurinis pedibus, promovemur ad virtutis habitum, ut faciliùs operemur, non ampliùs tam invitâ naturâ: & hoc est gradatim ad summa contendere. Sed fallimur sæpè à vitio, quod speciem virtutis induit, vel etiam erramus in modo. In primo, ubi ambitio se vestit virtutis specie, ejúsque nomen usurpans, honesto quodammodo prætextu ornata oculis mortalium sese ingerit. Hinc ille vates:

-- -- -- -- *habitat sub pectore caco*  
*Ambitio, & morbum virtutis nomine*  
*ne jactat.*

In

inclinatum modo error contingit, quando  
 am ad iræ coquâ & præproperâ festinan-  
 conitâ virtutis viam absolvere volu-  
 ta adderimus, lubrico potiùs pede, quàm  
 ere virtuoso. Unde plerùmque casus &  
 verò revolutio. Ambitionis festinantis  
 plus fastidulentum exemplum in Gallia  
 tuynæus fuit. Is per aucupium in-  
 nuavit se in Regis Ludovici XIII.  
 gratiam, dein per hanc omnia pō-  
 nit. Ludovicus hæreditate ob-  
 nebat regnū, Luynæus usum reg-  
 i habebat: sed dum nimis festi-  
 anter ad summa rapitur, à fortu-  
 ra turpissimè destituitur.

Placet ex Gallico Historico  
 Gramondo rei seriem adducere. Is  
 b. 11. exitum Comestabilis Luy-  
 næi miserum sic recenset. *Inter*

*hec Comestabilis Luynæus (primus of-*  
*icialis regni) Longatillia morbo cor-*

D

ripi-

ripitur, minoréque quàm creditum  
 Regis luctu excedit. Nondum ex-  
 halaverat animam, cum defuere  
 amici, familiares, Medici, & su-  
 pellex omnis; statim desertam Luy-  
 nai limen, quique turmatim lita-  
 verant fortuna adulta dum stabat,  
 execrantur cadentem. Quanta  
 amicis fides, qui aulam sequuntur?  
 Nemo ambiget, dum munia corona  
 omnia, dum Ecclesiastica beneficia,  
 publicamque ad libitum pecuniam di-  
 stribuebat Luynaus, conciliasse sibi  
 largitione plerósque, quos inter vix-  
 duo morienti oculos claudunt: reli-  
 quis eierantibus gratiam, Abbas  
 Rousselayus & Contadus mortuae for-  
 tune litant, quod in aula rarum.  
 Deficientibus ad justa exequiarum  
 cereis & syndone, are illi suo compa-  
 rant. Possidebat qua in aulicum

adunt omnia, nec inventa in tanta  
 supellectile carbasus tumulando; in  
 quo spirabant omnia, destitutus om-  
 nibus exspirat solus. O Spectacu-  
 lum! cui (si Luynæi fortuna non  
 ignorabitur) vix sit habitura fidem  
 posteritas! fluxam aulæ fortunam!  
 Quærisse humane vitæ speculum! cui si  
 attentius introspiciunt aulici, sper-  
 ent quæ tanti faciunt, honorem in-  
 labilem, familiarum decora, divi-  
 tias & luxum. Hic finis viri, quem  
 a summa rerum evexerat fortuna  
 arum constans; in momento tran-  
 acta felicitas, quam operata in  
 momento fortuna. Scilicet quod  
 citò fit, citò perit. In hanc rem  
 unt sequentia phaleucia:

Quosquos ex humili salire cernes  
 Ad fastigia dignitatis alta,  
 Crocodilo habeas pares, ab ovo

Dz

Qui

*Qui crescit minimo brevi stupendus,  
 Parte hac dissimiles tamen vocabis,  
 Quòd hic perpetuò augeatur, illi  
 In summo positi ruant ad imum.*

Nimirum ubi ad fastigia peruenitur per ambitionem, quiescendum est, aut ruina imminet: sicuti eadem Gallia exemplum memorabilis casus in Ancræo dedit Luynæi antecessore. At inquires: quid igitur iuvat ad summa contendere, si tam facilis inde ruina est. Nos in hoc Tauri symbolo non intelligimus summitatem fortunæ, aut divitiarum, sed virtutis verticem, in quem invidia nihil potest, sicut in Olympum nihil venti. Frustrà laborat invidia conspicuas & laude dignas actiones suâ malignitate obscurare, & egregiis facinoribus negatus honos gloriam intendit.

tendit. Itaque in virtutis via licet  
 tum Carolo V. præferre illud  
*PLUS ULTRA.* At in honoribus,  
*medio tutissimus ibis.* Ut enim il-  
 , qui conscendunt arbores, &  
 extremis fidunt ramis, decidunt:  
 ita qui audaciâ simul & ambitione  
 suamcunque fortunam etiâ extre-  
 nam prensant, ruinâ deturban-  
 tur. Fortuna reverenter & cum  
 modo habenda est, ne dum ad  
 vulmen pervenire contendimus,  
 innâcum ipsis ramis quos compre-  
 hendimus decidamus. Testudo,  
 ubi collecta in suum regmen est,  
 stat tuta ad omnes ictus; ubi exe-  
 git partes aliquas, quodcunque nu-  
 clavit obnoxium & infirmum ha-  
 bet: sic nos apud nos tuti sumus.  
 Præpropera fortuna non conco-

D 3

qui-



quitur, & ad ultimum exire non solet felicitas nisi lenta. Appetitus dum longiùs evagantur, & tanquam exulantes cupiendo atque appetendo non satis à ratione cohibentur, finem & modum transeunt, quem ubi semel reliquerunt, actum est. *Quisquis medium defugit iter, inquit Seneca, stabili nunquam tramite currit.* Et Aristotelis axioma decantatum: *quantò magis aliquid accedit ad medium, tantò melius; quantò magis distat, tantò pejus.* Hinc non inepte Plautus in Penulo ait: *modum omnibus rebus optimum esse habitum, nimiàque omnia nimium exhibere negotium ex se.* Prudenter Tragicus:

*Fata si liceat mihi  
Fingere arbitrio meo,*

*Tem-*

*Temperem Zephyro levi  
Vela, ne pressa gravi  
Strepitu antennae tremant.*

*Tuta me mediâ uehat  
Vita decurrens viâ.*

*Quicquid excessit modum,  
Pendet instabili loco.*

Et Horatii monitum est:

*Auream quisquis mediocritatem  
Diligit, tutus caret obsoleti  
Sordibus tecti, caret inuidendâ  
Sobrius aulâ.*

Munera ista, quæ fallax Rham-  
nusia dat, insidiæ sunt. *Quicquid  
in altum fortuna tulit, ruitura le-  
uat.* Licet enim pullis suis aspi-  
rare aliquando videatur, tamen ad  
ultimum temeritati non sufficit,  
quosque diu profecuta est, repen-  
tè velut fatigata destituit. Imò  
abiicit, solètique quos plurimis be-  
neficiis ornavit ad durissimos casus

reservare, & longi pœnas fortuna  
favoris exigit à miseris. Itaque  
adversus hujus fallacias hoc scuto  
& scito cum Seneca te munio &  
moneo, ut scilicet ad parva te re-  
digas, ex quibus cadere non possis,  
& fortunam ut tunicam, magis  
concinnam quàm longam,  
probes.



III. GE-

Gemini



*Est iunctis gratia maior.*

GE.

III. G

Est i



cum intrat  
in his con  
vocantur,  
et dies, u  
cum sit a  
tempore h  
Et hoc h  
varium  
et ob T  
ad calore  
minorum  
calmodu  
suo, que  
incipit r  
primu m  
24. Can  
Humidiz

### III. GEMINI. II.

*Est junctis gratia major.*



GEMINI, signum Zodiaci tertium ab Ariete, commune, aëreum, humanum: sic dictum, eò quòd cùm Sol ip-

sum intrat, terræ sata germinant, ac radicibus complicantur. Nobis *Gemini*

vocantur, quòd in eo signo geminatus sit dies, ut qui hyeme erat 8. horarum,

et nunc sit 16. sub Geminorum finem. In corpore humano dominantur humeris.

Est hoc signum temperatum, mixtum, variarium, ob idque domus Mercurii, li-

doxet ob Tropici vicinitatem aliquantulum ad calorem, & siccitatem declinet. Ge-

minorum sidus in octava sphaera, quemadmodum reliqua, jam recessit de loco

quo, quem tenebat tempore Ptolemæi, incipit nunc à gradu 25. Geminorum

primi mobilis, & protenditur usque ad 24. Cancri. Primæ partes ejus sunt

humidæ, mediæ temperatæ, postremæ

instabiles cum aliqua siccitate. Pars Borealis movet ventos ; australis facit maximam ariditatem. Comprehendit in totum stellas 25. comprehensis etiã septem aliis informibus circa ipsum, licet *Keplerus* eas asserat esse 30. & *Bayerus* adhuc 33. Is qui Cancro est proximus, habet in capite stellam unam claram, & in utrisque humeris singulas claras : in dextro cubito unam : in genibus utrisque singulas, & in utrisque pedibus singulas. Alter autem in capite unam, in sinistro humero unam, & in dextro alteram, &c. Ex quibus duæ sunt secundæ magnitudinis : reliquæ verò sunt aut tertiæ, aut quartæ, aut quintæ magnitudinis. *Hieron: Vitalis, & Munsterus.* Geminorum *Sy-* dus, Mercurii domus, principatum tenet ingenii amœnioris, propter calidam, nec jam tanto humore præpinguem, inclinante vere, temperiem. Risus totius naturæ sub hâc constellatione facit ingeniosos, subtiles, gratos, dociles, prudentes, officiosos, cautos. Inde Astro-

Pælogi, Geometræ, Arithmetici, Poëtæ,  
 Oratores, fatidici, negotiatores, arti-  
 fices multiscii. Totos huic signo eru-  
 ditio pandit sinus, & sæpè in occulta-  
 rum rerum adyta curiositas sollicitat.  
*Nicol. Causin.* Poëtarum coëmentum  
 est, repræsentare Geminos hósce Jovis è  
 Ledâ susceptos filios: quorum nomina  
 sunt *Castor & Pollux*, ex duobus ovis  
 candidis nati, cum sororculis Helena &  
 Clitemnestra. Jupiter enim, qui se in  
 Cygnū transformaverat, in terras devo-  
 lavit, & pulcherrimas has proles pro-  
 genuit, formæ elegantia, nobilitate in-  
 dolis tam sibi similes, quàm ovum ovo.  
 Quæ similitudo inter hos peperit eam  
 dilectionem, quâ non tam unus alterum,  
 quàm semet alter in altero complecte-  
 retur. Placuit Jovi isthæc unio, con-  
 cessit immortalitatem uni; sed Pollux  
 moriendi cupidine propè emoritur, ut  
 Castor perennet; mille vitas contra pro-  
 jectare parat Castor, modò maneat Pol-  
 lux immortalis. Amantium litem di-  
 remit æquus Jupiter; statuit, ut uno



moriente alter revivisceret, atque ita  
 uterque moreretur, uterque perpetim  
 repetitâ vitæ vicissitudine immortalita-  
 te donaretur. Tandem uterque, tum  
 quòd Deorum essent progenies, tum  
 quòd præclara terris edidissent facinora,  
 inter sidera relati sunt, ut extaret in Cæ-  
 lo quàm luculentum fraternæ concordix  
 exemplum. *Philippus Casius à Zesen*  
*in Cælo Astronomico-Poët.* Recentio-  
 rum quorundam opinio est, rationem  
 hanc esse, quòd Sole in Geminis versan-  
 te, maxima sit anni fæcunditas, aër  
 commodissimus, & tempus fertilissi-  
 mum, connubia item & gaudia fre-  
 quentissimè fieri soleant. Cæterùm à  
 nautis imprimis Geminorum observari  
 solet signum, quod fortunam & infor-  
 tunium præfagire putant. Itâ sub *fra-*  
*trum Helenæ* titulo Geminos intellexit  
 Horatius, Virgilio faustam navigatio-  
 nem apprecaturus. *Lib. 1. Ode. 3.*

Sed nunc ad Symbolum.

*Est*

*Est junctis gratia major.*

**S**ignum hoc cœleste Geminorum  
mutuò se complectentium,  
nobis pro symbolo Amicitiaẽ  
erit. Est autem amicitia vel ipsa  
virtus, vel virtuti simillima. Tra-  
ctat Aristoteles de amicitia *in lib.*  
*8. & 9. Ethic. & in 2. libro mag-*  
*norum moralium*, quia amicitia plu-  
rimum facit ad felicitatem in hãc  
vitã mortali. Recensent autem  
Historiã ut plurimum amicorum  
paria, aut geminos, se amantes:  
sic Pylades & Orestes, Hercules &  
Theseus, Damon & Pythias, Achil-  
les & Patroclus, Pelopidas & Epa-  
minondas, Scipio & Lælius, Ci-  
cero & Atticus, Menedemus &  
Asclepiades, Crates & Polemon,  
Æneas & Achates, Nisus & Eu-

ryalus apud Virgilium, Polystratus & Hippoclydes philosophi eodem die nati, eodem præceptore usi Epicuro, eodemque temporis momento ultimâ senectute extincti; Alexander & Hephæstio ex Curtio. Ubi vides, ab omni ævo in amicitia cælo geminos effulsisse. Solus Cain vincula naturæ & amicitia negligens, Abelem fratrem interemit. Est verò felicitatis non modica portio, habere amicos, quos in utrâque fortunâ habeas columnas. Apud Scythas, is habebatur ditissimus, qui optimos habebat amicos. Econtra pauperimus is censebatur, qui nullum haberet amicum aut pararet. Imò mali hominis signum est, si nemo eo ut amico velit uti. Sola amicitia diuturna & constans videtur esse.

esse. Panis enim fit mucidus, vinum acescit, vestis atteritur, senium debilitat, amicitia sola conservat. Atqui amicitia vera esse non potest & stabilis, nisi pro fundamento habeat virtutem. Nascitur verò amicitia maximè ex æqualitate & sympathya ingeniorum, imbibitur ex continuâ conversatione, exercitatur per multa adversa, stabilitur per conformationem duarum voluntatum in unum consensum, si duo corda unum desiderent, unum velint, unum cogitent. Ex ipso quoque amico æstimari potes, qualis sis; si enim is virtuosus, tu quoque talis æstimaberis. Ut autem scias quid vera amicitia sit, quæ fundata supra virtutem, ex Aristotele discas. Is interrogatus, qualis

res

res esset amicitia & respondit, nil aliud esse quam unam animam, quæ regat duo corda, & unum cor habitans in duobus corporibus. Posuerunt Philosophi antiqui inter summa bona fortunæ ipsam amicitiam: quia deficientibus omnibus fortunæ bonis, ista necessaria est ad conservationem. Veros autem amicos multos tibi parare haud poteris, ob diversitatem voluntatum, studiorum, morum, inclinationum, & desideriorum. Quando enim Historiæ adducunt exempla veræ amicitia, semper tantum duos nominant, ut Ionatham & Davidem, veluti superius recensui. Inter plures potest esse benevolentia, non autem vera amicitia: quia amicitia leges adeo sunt rigidae, ut non nisi inter duos

os

os coli & observari possint. Quin adde, magnas virtutes exerceri nō posse sine amicorum auxilio. Hinc Alexandri victoriæ, magnificentiæ, liberalitates, reliquæque regiæ virtutes plurimum Hephæstioni debebant; ut qui auxilium suum contulit per amicitiam veram. Ipse Aristoteles *lib. 2. magn. moral. c. 2.* sic ait: *Verum enim verò inter cuncta hujusmodi nobis de amicitia dicere necesse est quid sit, & in quibus, & circa quid, quandoquidem ad omnem vitam ipsam tendere perspicimus, & omni tempore bonum esse quoad felicitatem complectendum.*

Est verò amicitia tam in prosperis quàm in adversis semper expetenda, & necessaria est tam divitibus, quàm pauperibus. Divi-

tes

tes enim in potentia constituti maximè opus habere videntur, ut sint qui eos suspiciant & venerentur. Quid enim prodest tanta felicitas, nisi habeant, de quibus possint benè mereri. Munificentia enim, quæ maximè laudatur & sæpissimè exercetur, in amicis locum habet: nec in tantâ felicitate quis subsistere diu poterit, nisi stipatus amicis; quantò enim quis major, tantò ruinæ propior & periculo; nisi tueantur amici. Pauperes verò indigere amicis, res aperta est. In adversis nihil dulcius, quam intueri vultum amici solantis. Sed non tantùm omni fortunæ, sed omni ætati necessaria est amicitia. Adolescentes amicis indigent, qui eos monendo & corrigendo ad rectam vivendi rationem teneant,  
ne

ne rerum bonarum imperitiâ, & ætatis lubricitate à recto tramite aberrant. Senes quoque ob ætatis imbecillitatem, etsi consilio & prudentiâ maximè valeant, amicis indigent, qui benè consulta exequantur. Qui in florenti ætate sunt, & vigent, actionibus publicis adhibiti; illi amicis indigent, qui stimulos addant, & eorum facinora promoveant.

Curiositatis causâ liceat quære-  
re, an in aulis amicitia habeat lo-  
cum? Quæstioni locum dat di-  
ctum Taciti, *Lepidum specie ami-  
citie deceptum*. Negant igitur qui-  
dam politici, veram amicitiam in  
aulis habere sedem; nam inqui-  
unt, privatorum liminibus veram  
amicitiam includi. Pacem gen-  
tium, incolumitatem regnorum,  
non



non amicitia vicinorum, non fœderibus, sed armorum motu sustineri. Addit nonnemo: Profectò intuenti mihi quæ in aula geruntur, & Principum sortem, quibus præcipua rerum ad famam dirigenda, & denique totum auratum liminis genium, videtur illud simile tabernæ, in quâ fuci venduntur, ubi nihil est sincerum, omnia personata ad fallendum facta, pervicacissima ars aularum est, amorem fingere. Omitto dicere infidas spes, & trepidos metus, & nunquam quieta aulicorum vota. Rara est inter illos vera, nec utilitatis spe rumpenda amicitia, & quæ ut inter privatos solâ virtutis pulchritudine placeat: & quamquam alio mercimonii genere dehone-

honestari creditur familiaræ claritudo, tamen amicitias tanquam negotiatione augere rem, regium habetur. Boccalinus *cent. c. 65.* dicere ausus est, *fumum vendere privatis interdictum, solorum regum mercaturam esse.* Et verò abundat aula amicis, sed fictis, quibus os dulce est, & cor amarum. Non est autem res periculosior, quàm consilia & promissa ficti amici. Ficti amici comparantur æri, quod quidem sonum edit, parvi tamen pretii est. Verus amicus auro similis, pauca loquitur, sed multum juvat. Ea dies in aula quæ calamitatem infert, amicitiam effert; & natalis calamitatis est mors amicitiae. Ut Cancris capiuntur ad lumen, sic amici ficti ad felicitatem; si desinis esse felix, de-

desinis esse gratus, quia tuam fortunam, non te amant.

*Donec eris felix, multos numerabis  
amicos.*

Felicibus cognatus est vel quilibet. At perit honor amicorum afflicto viro, paucique in rebus adversis fidi mortales ad laboris societatem.

Amicus autem cum magis necessarius sit quam ignis & aqua, cautè tamen is parandus est, & ut Itali solent dicere, *plumbeo pede quarendus amicus*, hoc est, cauto & tardo, quia amicitia quæ citò fit, citò perit.

Sæpius oportet tentare vadum, electus verò servandus semper. Romani volentes significare & representare veram amicitiam, pingebant amorem medium inter Mercurium & Herculem (Mer-

curius Eloquentiæ Deus, Hercules  
factorum symbolum) volentes in-  
nuere, amicitiam veram non con-  
sistere tantum in dictis, sed etiam  
in factis, ut sic dictis correspon-  
deant facta.

Cognita necessitate amicitiae ad-  
vitæ hujus subsidium in omni for-  
tuna, in omni ætate, progre-  
di oportet ulterius ad investi-  
gandam naturam ejusdem. Ari-  
stoteles sic definit Amicitiam:  
*Amicitia est benevolentia minimè la-  
tens, ejus ipsius causâ qui amatur,  
animo concepta, quia sit amabilis.*  
Benevolentia videtur genus esse  
amicitiæ; non enim censetur verè  
amicus, nisi ex animo ei benè ve-  
lit, cujus est amicus. Latere non  
debet illum, qui est amabilis; nam  
omni officiorum & beneficiorum

genere colendus est publicè amicus, & publicâ contestatione amoris prolequendus. Dein ut vera sit & genuina amicitia, non nostrâ causâ, sed ipsius, qui amabilis censetur, gerenda omnia. Eo ipso enim, quia semel æstimatus est amabilis, ipsius causa & commodum præponderare debet rebus nostris. Inter benevolum & Amicum hæc est distinctio, quòd benevolum quis possit esse alteri, etsi alteri non prodat amorem suum aut benevolentiam externis signis, eâq; benevolentia in animo latere potest: at amicus factis & officiis amorem suum erga alterum quem amat declarare debet, utque mutuus amor exurgat, amabilis scire debet à quo ametur, & in quibus,

Am-

Amicitia. Neque Amicitiam co-  
dere debemus, quia nobis est com-  
moda, hoc enim adulatorum est &  
Mercatorum; sed quia alteri, ami-  
co scilicet, cedit in emolumentum.  
Quòd denique quis amabilis no-  
bis videatur, ab tria contingere pò-  
est: nimirum ob honestatem, ju-  
cunditatem, utilitatem. Hinc tres  
species amicitiae eruimus. Cùm  
enim tria sint, quæ ad amorem nos  
adducunt, & amicitiam constitu-  
unt: bonum honestum, jucun-  
dum, & utile; differentiæque sin-  
gula hæc specie, tres oportebit esse  
species amicitiae. Pro singulis  
enim amabilibus aliqua amicitia  
dilectioq; non occulta, ac mutuis  
vicissim amor nasci potest. Tres  
itaque amicitiae species esse sequi-  
tur, quarum una bono honesto,  
E  
alre.

altera jucundo, tertia utili defini-  
 tur. Verùm ea sola amicitia pro-  
 priè & per se esse videtur, quæ  
 boni honesti causâ contrahitur.  
 Virtus enim per se amore digna  
 est, reliquæ duæ per accidens ami-  
 citiæ dicuntur. Qui enim utilita-  
 tis causâ se mutuò amant, propriè  
 non alium amant, sed se, in cujus  
 utilitatem vergit hic amor. Eo-  
 dem modo, qui voluptatis causâ  
 amant, non per se amant, sed per  
 accidens, in quantum speramus  
 amicum nobis jucundum fore.  
 Sic, etsi Titius Sempronio, qui  
 mihi nulla familiaritate notus es-  
 set, utilis foret, mihi verò neutiquam  
 quam, non ideo amarem ob utili-  
 tatem, quam alius accipit.

Sequitur deinde aliud discrimen  
 inter has amicitias, quòd amicitia

ho-

honesta, quam virtus conciliat,  
firma sit, stabilis & diuturna: re-  
liquæ duæ citò solvuntur, instabi-  
les sunt, & parùm firmæ. Neque  
enim qui nobis nunc defacto ju-  
cundi sunt aut utiles, semper tales  
erunt: cùm igitur non maneat cau-  
sa & gluten harum amicitiarum,  
necesse est perire ipsas quoque ami-  
citas. Inde Cicero in Lælio in-  
quit: *Quas amicitias utilitas con-  
glutinat, easdem commutata resol-  
vit.* Et Hæctor apud Euripidem:  
*Multos inveniam amicos, quamdiu  
hæc mea rem feliciter gerit, & Ju-  
piter nobiscum est.* Ratio deinde  
est, cur amicitia honesta sit optima  
& perfectissima, quia ejus funda-  
mentum in anima. Sunt autem  
tria bona, scilicet bona fortunæ,  
bona corporis, bona animæ.



Bona fortunæ, & bona corporis  
( ut videre est de pulchritudine )  
facile transmutantur ; sed bonum  
virtutis, seu animi, non facile pati-  
tur mutationem.

Sed fatendum est, amicitiam  
honestam & veram admodum esse  
raram. Nam virtuosi sunt rari,  
propter difficultatem servandi me-  
dium in rebus & actionibus hu-  
manis, indiget etiam longo tem-  
pore & assuetudine. Hinc in  
adagium abiit, *modium salis requi-  
ri ad amicitiam contrahendam*, hoc  
est, longum tempus, quo probetur  
amicus. Notandum hic est, quòd  
voluntas nonnunquam amicitia  
celeriter fiat, hoc est, desiderium  
contrahendi amicitiam, eò quòd  
duo videantur invicem digni ob  
ho-

honestatem, nascatur citò in ani-  
mis, non tamen ipsa amicitia.

Colligi potest etiam ex Aristo-  
tele, quòd amicitia ob utilitatem  
maximè vigeat inter senes, qui lu-  
cri sunt avidi, & maximè utilia  
spectant: sic mercatores societa-  
tem & amicitiam contrahunt pro  
commodandis & transportandis  
mercibus, iisque emendis ac ven-  
dendis quæstus causâ; etsi sint in  
diversis civitatibus, imò Regio-  
nibus.

At verò juvenum amicitia vo-  
luptatis causâ ferè constituta esse  
videtur. Nam ex affectu vivunt,  
& id maximè quod jucundum est  
& gratum sequuntur, neque fu-  
tura commoda, sed præsentia ju-  
cunda appetunt, rarò lucri cupidi.  
Fiunt citò amici, & citò desinunt;

cum mutatione enim voluptatis & jucundi amicitia quoque mutatur. Est enim Juvenis, teste Horatio,

*Cereus in vitium flecti, monitoribus  
asper,*

*Utilium tardus provisor, prodigus  
aris,*

*Sublimis, cupidusque, & amata re-  
linquere pernix.*

Colitur hæc voluptuosa Amicitia & nutritur maximè conversatione & vitæ consuetudine. Nam præsentia amicorum voluptatem affert, unde captantur occasiones, instituuntur convivium, & publici congressus, ut sese mutuis oblectare colloquiis possint amici. Dein multum sibi familiares sunt, qui iisdem tenentur studiis, ut discipuli in eadem scholâ, studiosi in eadem universitate. Unde nihil putidius atque extra rhombum esse

esse potest, quàm si studiosi inter se inimicitias aut bella gerant, quorum amicitia deberet valere contra omnes alios extraneos incursores.

*Scilicet ingeniis aliqua est concordia  
junctis,*

*Et servat studii fœdera quisque  
sui.*

*Rusticus agricolam, miles fera bella  
gerentem,*

*Rectorem dubie navita puppis  
amat.*

Amicitia honesta hoc habet, quòd duas reliquas species includat, nimirum Amici ex virtute sibi sunt mutuò jucundi & utiles quoque. Sed firmitas aliqua & continuatio amicitiaè utilis & jucunda esse potest, si in utrâque hâc amicitiaè par redditur & æqualis officiorum, compensatio, hoc est, quando sibi

mutuò pariter jucundi sunt, qui ob voluptatem conveniunt, ut facetus cū faceto; vel utilēs, qui ob utilitatē conspirant. Nam alioquin si non sibi mutuò respondent paribus officiis, & non reddunt utilitatem pro utilitate, voluptatem pro voluptate, non diu poterunt amici manere; sic enim altera pars frustrabitur sine suo, ob quem amicitiam contraxerat. Compensatio mutua fit etiam officiis similibus, & dissimilibus: Ut, cū pro voluptate redditur utilitas. Sic procus, qui capitur formâ Lesbix, reponit munusculis & officiis amatoriiis utilitatem; pereunte formâ, & cessantibus donis, utrinque amicitia dissolvitur. Possunt etiam confirmari amicitix ex longâ consuetudine vitæ, cū diu simul col-

le-

legæ vixerint, sub uno tecto, unâ  
mensâ usi, in iisdem negotiis aut  
studiis occupati.

Jam verò speciale est hoc in  
amicitiâ verâ, quòd tantùm bonus  
cum bono illam colere possit, in  
reliquis duabus amicitiis & impro-  
bus cum improbo, & probus cum  
improbo, & improbus cum probo.

Sic improbus cum improbo facilè  
convenit, vel ob utilitatē, ut duo la-  
trones propter unam prædam, duo  
voluptuosi propter unam voluptatē.

Facetum phaleucium habet Mar-  
tialis inter duos improbos, cùm  
scantit :

*Cùm sitis similes parésque vitâ,*

*Uxor pessima, pessimus maritus,*

*Miror non benè convenire vobis.*

Potest autem quis ob utilitatem  
cum improbo amicitiam contra-  
here, cùm in aliqua re eget ejus

auxilio: ut, cùm improbus est navium præfectus, aut Imperator exercitûs, qui tueri potest bonum.

At in his amicitiiis sæpè jurgia, sæpè querelæ interveniunt, unde aut labefactantur amicitiaæ utiles & voluptuosæ, aut omninò solvuntur. Ratio est: cùm hi amici rarò aut nunquam sibi ex integro fident, semper suspicionibus agitantur, aut zelotypiâ laborant, qui frequentissimus morbus est inter amantes. Veri amici, & illi qui dem boni, omnia inter se communicant, neuter sinisteri quid de altero suspicatur, nil mali de altero facilè credit, hinc continua pax voluntatum.

Sunt denique aliqui amici habitu, aliqui actu. Habitu sunt dormientes amici; actu & usu, in-

ter

ter quos est vicissitudo officiorum, & consuetudo vitæ: qui enim unâ vivunt, eorum alter alterius præfentiâ fruitur, præbétque alter alteri quæ potest bona. Sed

Quæritur I. an distantia locorum & absentia dissolvat amicitiam? R. Ex se non; sed periculosa est absentia, propter illud tritum adagium: *Ex oculis, ex animo.* Tamen huic periculo medentur litteræ, quæ sunt colloquia inter absentes amicos; per epistolas enim contestari possumus nostrum affectum, possumus alere amicitiam. At si diuturna fiat intermissio litterarum, & interveniat silentium, nonnunquam obrepere solet amicitix oblivio. *Sapè perisse amor est per longa silentia visus.* Admonet adagium, assiduo con-



victu ac frequentibus alloquiis amicitias ali, intermissione verò & absentia dissolvi. Apud Germanos antiquum est, tribus conservari amicitiam, pileo, charta, vitro. Per pileum, si debita reverentia exhibeatur presenti amico. Per vitrum, si presenti apponatur cum vino; per chartam, si absenti scribatur. Hæc quoad obsequia, tum amicitia durante, tum etiam ad amicitiam parandam.

II. An liceat amicum reprehendere? Afferimus omnino, reprehensionem amicitiam non lædere. Nam ad amicum maxime pertinet, oportune & modestè criminari, & quandoque pungere, ut ab adularore discernatur amicus. Comparavit aliquis monentem amicum aut culpantem Erinacio, adulatorem

rem verò viperæ. Erinacius pun-  
git quidem, non tamen necat. Vi-  
pera blandienti similis se voluit &  
revoluit, n. nodos & gyros se con-  
torquet, & caudâ molliter veluti  
libans, venenum tantùm instillat.  
Amicus licet aliquando horridus  
vitia amici carpat, non tamen le-  
thalis est. In verâ amicitia oportet  
amare potius, quàm placere; amat  
autem, qui corrigit. Quemad-  
modum Medici per amara pocula  
ægotantis valetudinem quærunt:  
ita amicus per asperiores nonnun-  
quam admonitionem amici, sani-  
tatem mentis. Venenum Sardi-  
niæ est adulatio; dum ridere cogit,  
occidit. Verissimè Tullius dixit,  
*nullam in amicitis pestem esse maio-  
rem, quàm adulationem, blanditias,  
assentationem.* Et peior est adula-

tor inimico : hic in nobis vitia notat, & exprobrat; ille tegit vulnus, ut computrescat. Amici igitur facit officium, qui modestè & appositè reprehendit amicum alicubi errantem aut deviantè, ipsúmque in orbitam reducit, & ad regiam viam revocat. In nostris enim vitiis tam oculati non sumus, quia nobis ipsis blandimur. Noster alter, amicus scilicet, monere nos jure potest, & debet, ubi noævus sit in vultu, in famâ, in vitâ.

III. An manifestanda omnia vero amico? Afferimus omnia propalanda secreta vero amico, & hanc legem esse amicitix, ut in duobus sit cor unum, animus unus. Fateor rigidam legem esse. Alii docent cautè amandum amicum, scilicet tanquam osurum amare, ne

ea revelentur amico, quorum, dissolutâ amicitia si publicarentur, puduisset. At melius Scipio instruit, qui ait, sine timore odii amandum esse amicum, & sine timore pudoris; nam cum amicitiam virtus nutriat, nihil accidet virtutem colenti, unde erubescere possit. Cum virtute tuâ nihil te pudebit, cum virtute alterius nihil erit quod oderis. Quare inter eos, quos virtus conduxit amicos, nullus pudor timendus, nullum odiû cavendum, ideoque tutò communicanda omnia. Sincerè amanti semper tutò loqui licet.

IV. An inter inæquales possit esse amicitia? R. Potest constare: quos sola virtus connectit, utramq; complectitur fortunam. Verum quidem est, difficillimè inter inæqua-

qua-

quales nasci amicitiam, sed nasci quandoque tamen. Illæ amicitix non hærent, quas lucrum aut voluptas comisit potius quàm uniit. At hæ adulationes sunt sequentes fortunam, nec amici honorificentissimum nomen meretur, qui aliquid præter honestatem in amicitia quærit. Nec enim qui opes quærit alicujus, amicus illius est, sed sui, hoc est, avarus adulator. Hic aut infelicem contemnet amicum, aut erubescet felix.

V. An felices amicitia indigent? Afferimus, ad cumulum humanæ felicitatis amicitiam addendam, quæ externorum bonorum est bonum maximum: & infelix est felicitas, quæ amicis caret. Fortunatissimus Alexander nulla re se fortunatiorem judicavit quàm ami-

mi-

amicis, suosque peroptanti thesau-  
ros conspicere, amicos ostendit.  
Apud Sallustium Micipsa Numi-  
darum Rex ait: *Non exercitus,*  
*neque thesauri, praesidia regni sunt,*  
*verum amici, quos neque armis co-*  
*gere, neque auro parare queas, officio*  
*& fide parantur.* Rex Cyrus au-  
ream sententiam dixit, *optimè pe-*  
*cunias apud amicos deponi, neque*  
*ullos eis tutiores ac fideliores thesau-*  
*ros.* Angusta etiam felicitas est  
sine beneficentia, quæ in nullos  
quàm in amicos splendidior aut ju-  
cundior. Quapropter felix sine  
amicis non habet omnia bona,  
cùm careat maximo bono. Adde,  
quòd quantò quis felicior est, tantò  
magis indiget amicis, non quidem  
ex parte corporis, sed ex parte ani-  
mi. Quia paucissimi sunt, qui  
æquo

æquo & incorrupto animo diu  
magnam fortunam ferre possunt,  
ideo monitoribus amicis indigent,  
qui ab oculis velum removeant,  
quod solet obducere felicitas. Ari-  
stoteles quidem dixit, *amicos in ad-  
versâ fortunâ magis esse necessarios,  
in prosperâ verò adferre majus orna-  
mentum, illustriusque conferre ad  
obeundum virtutis & amicitia mu-  
nus.* At hoc intelligendum de  
necessitate corporis tantum, non  
animi, cujus necessitas tantò ma-  
jor, quantò præstat animus cor-  
pori. In adversis rebus corpus eget  
amicis, qui acerbitatem fortunæ  
aut emendent, aut leniant suâ ope.  
In secundis animus indiget, qui in-  
faniam felicitatis corrigant; nam  
dementat, quem fovet fortuna;  
ipsamque prudentiam, quam ad-  
versi

versi casus aut præstant aut exci-  
tant, prosperitas sopit: & magis eget  
felix consilio, quàm miser cibo.

VI. An præcedere debeat Electio  
amici? R. Omnino, eaque matu-  
ra & prudens, antequam assumas.  
Neque enim temerè, nec casu aut  
fortuito, assumendus est amicus,  
sed intimè probatus, intimè perspe-  
ctus & cognitus; ne adulterinam  
gemma pro verâ emamus: & vi-  
trum & gemma lucent, sed non  
sunt ejusdem virtutis & pretii.  
Multi larvam induunt aut simu-  
lant amici, quos inimicum vene-  
num toxicavit. Audi quid dicat  
*Veritas: Venient ad vos in vestimen-  
tis ovium, intrinsecus autem sunt  
lupi rapaces.* Tu præsertim, ô  
adolescens & Juvenis, attende in  
electione sociorum, aut amico-  
rum;



rum; credula Juventus est, & parum cauta. Vix potest tantum juvare verus amicus, quantum falsus nocere potest. *Amicus fidelis*, juxta sapientis elogium, Eccli. 6. *medicamentum vitæ & immortalitatis* est: falsus erit venenum vitæ, corrupetela morum & virus. Hinc attende, ô Juventus: contactu nocent vitia si sociata, serpunt, in assidentem transmittuntur. Et quemadmodum corruptis pestilentiam corporibus pericula proximiores trahunt, & ab ipso afflatu inficiuntur: ita cavendum, ne societur quis inquinatis animis, aut pravitate morum laborantibus. Quotidiana pro dolor experientia satis superque docet, quam pestem inferat, quamque stragem edat unus corruptus Juvenis inter probos.

bos. Nunquam in contagio fani  
& benevalentis vicinia afflavit æ-  
grotanti valetudinem; potius æger  
fanum corrumpit. In moribus idem  
contingit. Optimi mores probitatis  
aliquid in alterum derivant, *cum san-*  
*cto enim sanctus eris*; nescio tamen,  
quo malo facilius induantur vicini  
vitia quam virtutes, citiusque adole-  
scant. Quemadmodum zizania boni  
seminis naturam in suam flectunt:  
ita vitia sociata virtutibus eas suf-  
focant paulatim, aut mutant. Tu-  
tius igitur est, morbosos animos  
devitare; nam miscere ægra fanis,  
exordium est ægritudinis. Inter  
malè sociatos, & per mala, non  
amicitia est, sed conjuratio, quâ  
illigati simul perire properant. At  
inquis: quomodo dignoscendus  
incorruptus à corrupto? R. Lo-  
quela

quela manifestum utrumque faciet. Sicuti Medici corrupta interiora viscera ominantur, si homo ex ore tetrum spiret odorem : ita ex colloquiis pravis animam fætentem & corruptam colligere est. Sermo & conversatio honesta ac innocens honesti & innocentis quoque animi hedera est. A cadaveribus nõ nisi corruptus aër manat ; ab animo infecto vitiis non nisi colloquia fæculenta, sordida, inquinata per os & linguam despumant. Hinc fociorum corruptela. *Corrumpunt enim mores bonos colloquia prava, & quæ aliquando audire placet, demum facere quoque placet. Quid à turpiloquo audies aliud, quam cloacas, fimum & fumum, Veneris haras & Priapi aras? his omnia colloquia defædat, & collutulat, ac*  
mo-

modestas aures flagellat, curiosas inficit, credulas velut apud inaures trahit in descriptum vitium, aut commendatum. Monitum ergo Tullii servandum, *ut sociemur bonis, & nobis non indignis.* Præposterus ordo est, post amatum amicum primùm judicare, an dignus sit electus. Bonos amare, debitum est, malos fugere, itidem debitum. *Diu cogita, inquit Seneca, an tibi in amicitiam aliquis recipiendus sit; cum placuerit fieri, toto illum pectore admitte.*

VII. An, qui extra patriam vivunt, amicos sibi parare debeant, v. g. studiosus qui extra patriam in Universitate aliquâ litteris dat operam? Afferimus; sed tales eligendos esse, qui studia & conatus nostros promoveant, adjuvent, & in

in laboribus sint solatio, quique  
sint tales, à quorum contubernio  
virtutem, doctrinam, bonosque  
mores haurire possimus. Hinc  
monitum sapientissimorum est, in  
exteris terris, spectatæ doctrinæ &  
virtutis viros sancto quodam am-  
bitu omnibus studiis & officiorum  
genere quærendos esse & colen-  
dos, qui in ambiguis præsto sint  
consilio, suggestionem, & promo-  
tione. Nec curandæ illæ muscæ,  
quæ ex marsupio sugunt paterna  
auxilia studiis curandis injecta. Et  
graviter impingunt, qui in medio  
studiorum cursu amicas Plautinia-  
nas quærent, suosque syllogismos  
faciunt omnes in *Barbara*. Gra-  
viùs illi, qui ad Universitates missi,  
ut Gradus honorum domum fe-  
rant, pro *Codice* Charabellam ali-  
quam

quam cum appendice lallante ad  
 paternas ædes secum reportant.  
 Inde toti sæpè familiæ oneri &  
 edecori sunt, suisque in scriptis  
 nihil nisi materiam de *Matrimonio*  
 exhibent, proque *Institutionibus*  
 & *Digestis* seriem debitorum, &  
 titulum de non solvendo.

Procul à fine peregrinandi aber-  
 rant, qui tales merces magno cum  
 dispendio pecuniæ, temporis, ad-  
 le & fanitatis, mercantur, sicque  
 stipati, veluti Cingari, mulis & pul-  
 vis domum veniunt cum *appendici-*  
*is secundi & tertii generis.*

Nec illas crede amicas, quæ  
 blandiuntur, quamdiu syllogismus  
 in *Dabitis*. Ubi pallium fit de-  
 ritum, marsupium in rugas coit,  
 nec ampliùs tinnit nummus in  
 mensâ, necesse tibi est ut facias

Syllogismum in *Celarent*. Amanentia esse  
 hæ amicæ *Dativum* casum; si n magis ali  
 das, *Accusativum*, & obverso ter epibus, s  
 go *Vocativum*, O Asine! addunt cunque  
 possunt *Ablativum*. Cave studio ter eos  
 se, nisi deplumari velis, & fieri hom ter alia  
 Platonius, scilicet *animal biped superat*,  
*implume*. intervall

VIII. Quid de amicitia, qua esse vol  
 in excellentiâ & præstantiâ cerni inter De  
 tur? Afferimus, non propriè est man de  
 amicitiam, propter inæqualitatem nullum  
 Nam Cic. ait: *Nihil est, quod ma quam*  
*gis amicitiam conciliat, quàm equa Theo*  
*litas & similitudo, quæ quò major Regib*  
*est, eò firmitior quòque est amicit to infe*  
*tia.* *Æqualitas autem Geome contra*  
*trica, quæ rationem servat dig punit*  
*nitatis, secundum tantum locum vii ni*  
*habet in amicitis; quippe cùm ea tiâ fia*  
*quæ propriè amicitia est, in exce tur pl*  
 lee

entiâ esse non soleat. Nam quò magis alter alterum aut virtutibus, opibus, vel potentiâ, aut alio quocunque antecellit, cò minùs inter eos coit amicitia. Imò si alter alterum his rebus plurimùm superat, magnùmque sit inter eos intervallum, non sunt amici, nec esse volunt. Hinc Aristoteles vult inter Deos & homines propter summam distantiam & inæqualitatem nullum locum habere amicitiam, quamvis pios & bonos homines Theophilos nominemus. Sic cum Regibus & summis viris qui multò inferiores sunt amicitiam non contrahunt, nec volunt, nec cupiunt. Hinc Sapientissimi quòque viri nullius pretii homines amicitia suâ non dignantur. Qui igitur plurimùm differunt, amici esse



non possunt. Si ergò magna distantia aut imparitas amicitiam impedit aut solvit, certè similitudo & æqualitas quò fuerit major, eò faciliùs amicitiam conciliabit & fovebit. In mediocri excellentiâ non negaverim amicitiam esse posse, qualis est ea, quâ pater filium, maritus conjugem, Professor discipulum excedit.

Sed quantum bonum sit certus & verus amicus, ipsæ divinæ litteræ testantur, dictante S. Spiritu: *Amicus fidelis*, inquit Ecclesiasticus c. 6. *protectio fortis: qui autem invenit illum, invenit thesaurum.* Et: *Amicus fidelis, medicamentum vitæ & immortalitatis.* Quin & S. Augustinus ait: *Non enim validior, vel efficacior est vulneribus nostris medicina, quàm habere, qui*

*in omni incommodo occurrat compa-*  
*tiens, omni commodo accurrat gra-*  
*tulans, ut junctis suis humeris one-*  
*ra sua invicem tolerant, eò quòd*  
*unusquisque propriam levius, quàm*  
*amici portet injuriam. Amicitia*  
*divitibus est pro eleemosyna, exuli-*  
*bus pro patria, pauperibus pro cen-*  
*su, ægrotis pro medicina, mortuis*  
*pro vitâ, sanis pro gratia, imbe-*  
*cillibus pro virtute, robustis pro*  
*præmio. Et quantum sibi inter*  
*se conferunt pedes ad gressum,*  
*tantum exhibent in negotiis ami-*  
*ci. Neque aberraverit, qui ocu-*  
*lorum par communitati amicorum*  
*comparaverit. At hæc omnia de*  
*verâ amicitia intelligenda sunt.*

Quid ergo sentiendum de adu-  
latoribus? R. Perniciosos esse as-  
sentatores, & faciem aut vultum

habere amici quandoque, non verò animum & fidem. D. Hieronymus assentatores cercopifantes gladium melle litum appellat, & seriò monet: *Si continens es, adulationes evita, sitque tibi tam triste laudari à turpibus, quàm si lauderis ab turpia.* Hinc Antisthenes præstare dicebat, necessitate urgente in coruos, quàm in assentatores incidere: illos quippe mortuos, hos viventes devorare. Tiberius Imperator adeò adulationes averfatus est, ut neminem Senatorum aut officii aut negotii causâ ad lecticam suam admiserit. Alexander Severus Imperator hac tantum salutatione voluit salutari: *AVE ALEXANDER.* Si quis caput flexisset, aut blandius aliquid dixisset, uti adulator abjiciebatur. Diogenes Cyni-

Cynicus aliquando rogatus, quænam bellua perniciosissimè moreretur? respondit: *Ex feris obtrectator, ex mitioribus adulator.* Festivum est, quod scribit Plutarchus de adulatione Thasiorum. Thasi ab Agesilao Lacædæmonio magnis affecti beneficiis, illum in templis ceu DEUM colere decreverunt, superque eâ re legatos ad illum destinârunt. Sed Agesilaus interrogavit Legatos, an ipsorum patria referendorum in Deos hominum facultatem haberet? Quibus affirmantibus, *Agite, inquit, vos ipsos priùs in Deorum numerum redigite; quod quidem si effeceritis, tunc credam me quoque à vobis Deum fieri posse.* Delusit prudentissimus Dux vanam eorum adulationem. Cæterùm Plutarchus copiosè & exactè

tractat, quo pacto sit dignoscendus adulator ab amico, quo loco hoc quoque proverbium habet: *Quæ sub alis fiunt.* De adulatore enim loquitur, qui ad honesta officia piger & inutilis, ad voluptuaria verò ministeria promptus, videlicet ad scortum cum fide adducendum, ad comparanda obsonia, &c. Studio verò opinor adulationi locus assignatus est sub alis, quòd hæ corporis partes titillationem præcipuè sentiant, sive ob cutis tenuitatem, sive quòd insolitus earum contactus partium. Quid autem est adulatio, quàm titillatio quædam aurium, & pruritus? Unde Lucianus in dialogo quodam Charontis Menippi & Mercurii, philosophum quempiam omnibus vitiis exuens, monuit Charontem: *Heus Cha-*

baron! unum quiddam adhuc phi-  
 losophus sub alis gestat, quod est  
 omnium gravissimum. Rogante  
 Menippo, quid illud? Adulatio-  
 nem respondit latere sub alis, quæ  
 illi plurimum emolumenti attulit  
 in vitâ. Hinc monitum illud: *Non*  
*notes me simul adulate & amico*  
*uti.* Receperat se aliquando Au-  
 gustus ultimâ senectute confectus  
 in interius cubiculum, non sine  
 suspiriis & lachrymis solùm inge-  
 minans: *O Mecenas! O Agrippa!*  
 Causam interrogatus iterati cla-  
 moris & doloris, respondit, hos  
 amicos fuisse veros certosque, nunc  
 se adulatoribus undique cinctum  
 esse, & veram esse Theopompi  
 sententiam, *Majestatem & regnum*  
*tunc securitatem habere, si amicis*  
*liceat liberè loqui.* Felices aures,

quæ dignoscunt adulationem, & rejiciunt, ac dicunt: *Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.* Hæc igitur de amicitia dicta sufficiant sub symbolo Geminorum: ex quibus constat, quòd sit *Junctis gratia major.* Plura require *Instit. Ethic.*

l. 8. & 9.



IV. GAN.

cap. II.  
conem, &  
pleum au-  
guri capu-  
micitia di-  
lo Gemi-  
tat, quod  
Plura



*Nec fugisse nocet.*

AN.



IV. C

N



que colloc  
tur post  
tem Can  
exario Jo  
frigidum  
mitudine  
pectus in  
Sol in ho  
dere a no  
cedere.  
que Can  
non nep  
doquid  
larus dis  
presen  
locum pe  
sub hac s

IV. CANCER. 69.

*Nec fugisse nocet.*



CANCERUM medium dividit  
 circulus æstivus ad Leonis  
 exortum spectantem, atque  
 paululum supra Hydræ ca-

put collocatum. Occidit & exori-  
 tur posteriore corporis parte. Est au-  
 tem Cancer domicilium Lunæ, &  
 exaltatio Jovis, signum mobile, aqueum,  
 frigidum & humidum, sic dictum à si-  
 militudine Cancris; quia sicut iste super  
 pectus suum graditur retrocedendo; ita  
 Sol in hoc signo incipit quasi retroce-  
 dere à nobis, atque ad æquatorem ac-  
 cedere. Dispositio quoque stellarum,  
 quæ Cancris sidus constituunt, videntur  
 non ineptè hoc ei nomen inferre: quan-  
 doquidem in eo tres stellæ hinc inde ad  
 latus dispositæ, quasi Cancris brachia re-  
 præsentant; & cum Cancer sit veluti  
 totum pectus, hominésque econtra, qui  
 sub hâc constellatione nascuntur, corpore

breves, sed ampli pectore prodire perhibeantur, ut testis est *Functinus*, ideo Cancri est ei nomen inditum: ideirco etiam ex membris humanis habet pectus, pulmonem, hepar, & costas. Porro Cancri sidus in octavâ spherâ, ut alibi in aliis signis observatum est, jam recessit à Tropico, & signo Cancri in Primo mobili; estque nunc totum in Leone. Constat stellis 13. juxta *Ptolemeum* computantem inter eas quatuor etiam informes; at juxta *Keplerum* 17. & *Bajerum* 35. ex quibus una in chelis dicta ab Arabibus *Azubene*, præterea tres in pectore consistentes, infensissimæ, una *Præsepe* dicta, nebulosa de natura Martis & Lunæ, secunda & tertia *Aselli*, quartæ magnitudinis, de natura Martis & Jovis. Et ideo primæ hujus sideris partes, ubi stellæ istæ consistunt, siccissimæ sunt, mediæ, & ultimæ præditæ etiam magna caliditate & siccitate: sed australiores magis æstuosæ, ac noxiæ. *Hieronymus Vitalis, & Munsterus.*

Can-

Cancer igitur est signum præstantissimum, è quo nos ex altissimâ mundi speculâ sol aspicit. Et suâ quidem naturâ ferventissimum est; ex casu fit, ut humescat, propter immensos vapores, quos Solis acerrima vis tum excitat, cujus retrogradatio signo nonien dedit. In cæteris nihil habet cum Cancro commune. Imò cum primo fideri fit veluti Thronus majestatis, & Lunæ, ut volunt, domus, humido, quod illi accidit, cum calore bene temperato, facit, ut *Jovius Pontanus* notat, acutos ingenio, suaves, doctos, jucunda cum bonis consuetudine, impatientes iniquitatis, & improborum osiores, qui facillè irascantur, facillè etiam mitescant.

*Nicol. Casin.*

De Cancro tradit *Hyginus*, illum ipsum esse, qui à Junone in Herculem cum Hydrâ Lernæâ pugnantem immisus, pedem Herculis morfu impetierit. Occisus proinde ab eodem, à Junone astris insertus est. Nunc Lemma inspiciamus.

*Nec fugisse nocet.*

**N**on semper culpari potest prudens fuga, & qui retrocedit necdum victus est, sed in alteram pugnam se reservat, præsertim, si non obvertat tergum, more canceri, quem cum manu capere attentas, retroversum velocissimo cursu se ejaculatur, semper tibi obvertens arma, ac te aspiciens. Sunt quædam vitia, quæ magis fugâ quàm pugnâ vincuntur, *nec fugisse nocet*, sed prodest prudenter se subducere. Erit igitur nobis pro symbolo tempestivæ & prudentis fugæ Cancer cœlestis. Adferre solent aliqui causam hanc, cur Cancer inter sydera cœlestia numeratus sit, scilicet quia in hoc animali regressus singularis & conversio

pc-

peculiaris animadversa est, per ejus imaginem Solis cursum ostendere voluerunt antiqui, quia Sol cum eò, ad Cancrum scilicet, progressus fuerit, retrorsum aufertur, ac quasi aufugere videtur. Alii per Cancri symbolum explicare volunt hominem inconstantem, qui variis affectibus variatur, qui nunc risui indulget nunc luctui, modò austeritati ac temperantiæ se reddit, paulò post iterum deliciis diffluit, & voluptatibus implicatur. Nam Cancer modò progreditur, nunc retrocedit, nunc ante nunc retrò, nunc in transversum graditur, miraque viam suam inconstantiam traducit. Hinc versus Aristophanis:

*Rectum iter ut carpat Cancer, non  
viceris unquam.*

Aut:

Aut:

*Ambulet ut Cancer rectà, haud effeceris unquam.*

Alii per Cancrum intelligunt eos homines, qui privati in suo recessu vivunt, & nonnisi per lucem facemque honoris ex suis eliciuntur angulis. Nam Cancrorum ea natura est, quòd latebris gaudeant, & in cavernis morentur; sed face de nocte accensâ in littora prodeunt, & jucundissimo spectaculo extra aquas capiuntur. Non solùm verò Cancrici ad nocturni luminis splendorem accurrunt, sed omnia testacea noctu plurimum pasci solent. Et compertum est, in plenilunio Cancros magis pinguescere, propterea quòd tota nocte pabulari & copiosioribus escis enutririque queant. Hæc & alia ingenia sagacia repererunt; qui-

quibus tamen missis, fugam solius  
 Cancri explicabimus, eò quòd  
 post amicitiam aliquo modo exposi-  
 tam, fuga malorum excusanda,  
 imò imperanda sit. Quia ut Lu-  
 cianus ait: *Vita flagitiosa sine du-  
 bio nomen amicitiae non accipit.*

Nunc verò videndum, quomo-  
 do fuga sit nobis necessaria quan-  
 doque. Patet ex Aristotele, quòd  
 virtus moralis sit mediocritas quæ-  
 dam inter duo vitia, quæ quidem  
 mediocritas non spectanda respe-  
 ctu rei, sed respectu nostri. In-  
 dagare verò semper oportet in  
 actionibus humanis auream me-  
 diocritatem, hanc verò invenire  
 difficile est, nisi (teste Aristotele)  
 omnes illi qui mediocritatem in-  
 vestigant, primùm ab eo recedant  
 & fugiant, quod magis ei contra-  
 rium



rium est. Longissimè enim discedendum ab eo, quod medio magis contrarium est, & accedendum propriùs ad id, quod medio minùs adversatur. Exempli gratia: Avaritia magis adversatur liberalitati quàm profusio; ideo magis cavendum est ab avaritiâ, quàm à profusione. Et quia intemperantia magis opponitur temperantiæ, quàm stupiditas; ideo ad hanc declinandum potiùs censet Aristoteles, ab illâ recedendum longiùs.

At non caret hæc res difficultate; difficile enim est virtute imbui, & nihil difficilius, quàm in perturbationibus & officiis vitæ invenire medium, sine quo tamen nequit consistere virtus. Ut Horatius sapienter canit:

*Est*

*Est modus in rebus, sunt certi de-  
nique fines,*

*Quos ultra citraque nequit consiste-  
re rectum.*

Hoc verò rectum est medium,  
ut centrum & scopus, quem at-  
tingere uti difficile est, ita ab eo-  
dem aberrare facile. Probat hoc  
quodam simili Aristoteles: *Ut non  
est cuiusvis, inquit, sed periti, in-  
venire centrum & medium punctum  
in circulo; ita non est cuiusvis, sed  
vigacis viri & prudentis, invenire  
medium in perturbationibus, &  
officiis, ac actionibus vita.* Imò  
multo difficilius est in tanta varie-  
tate circumstantiarum respectu  
nostri in actionibus humanis in-  
venire medium, quàm invenire  
centrum in circulo; quia hoc non  
variatur, sicut actiones humanæ

variantur secundū circumstantias alias occurrentes. Dictum verò superius, quomodo medium sit inveniendum, scilicet ab eo fugiundo, quod medio magis est contrarium. Nunc explicandum hoc ab exemplo Ulyssis. Describit Homerus *lib. 12. Odissæ* duos scopulos in mari Siculo, Scyllam & Charybdim, & introducit Circen suadentem Ulyssi, ut charybdim fugiat magis, quàm Scyllam, tanquam gravius & periculosius malum. Profectus itaque Ulysses, ubi devenit ad descriptum sibi locum, gubernatori seriò injunxit, ut flexuoso cursu Scyllam quasi raderet, à charybdi verò longiùs detorqueret navem. Ex hoc facto colligimus, idem nobis esse faciendum, scilicet à magis periculosis lon-

longius nobis fugiendum, atque ex  
 duobus extremis id, quod periculo-  
 sius est & gravius malum, vitandum  
 magis, & accedendum ad illud  
 propius, quod virtuti minùs ad-  
 versatur. Hâc tamen observatâ  
 cautelâ, ut fuga hæc cum arte fiat,  
 ne faciamus proverbio & joco lo-  
 cum:

*Incidit in Scyllam, qui vult vitare  
 charybdin.*

Et Hortatio exprobante:

*Dum vitant stulti vitia, in contra-  
 ria currunt:*

*In vitium ducit culpa fuga, si caret  
 arte.*

Et hoc est, quod in commuui dici-  
 tur: *Inter duo mala minus est eli-  
 gendum, cum scilicet non datur  
 medium obtinere; & ubi navigan-  
 tibus*

tibus defunt venti, non defunt remi, hoc est, utendum subinde secundâ navigatione. Si nobis in hujusce vitæ mari navigantibus prima navigatio, hoc est cursus in mediâ virtute, non detur; altera navigatione, id est, adversâ & difficiliore petenda sunt, quæ levius obfunt, ut si quod volumus, non possimus, id agamus tandem quod possimus. Deinde, monente Aristotele, familiaria vitia, & ad quæ magis propendemus, magis illa fugienda. Certum est enim, si excutiamus nos ipsos, & rigidi simus examinatores nostræ cuticulæ, animadvertemus in quædam vitia nos procliviores esse. Quosdam ira pro mancipiis habet, aliquibus intemperantia compedes injicit, quosdam avaritia excæcat. Ra-

ru

rus est animus, qui omnibus vitiis  
æqualiter turgeat. Ab his igitur  
hostibus fugiendum, qui quasi do-  
mestici sibi jus in nos arrogant, eò  
nocentiores, quò familiariores. De-  
inde inter fugienda voluptas maxi-  
mè declinanda est. Ubi actiones  
nostras & negotia æstimamus aut  
ordinamus secundùm voluptatem,  
regulam nacti sumus perversam.  
Voluptas enim ita naturam cor-  
rumpit, ut difficile sit, imò fieri vix  
possit, ut eâ in consilium adhibitâ  
rectè quidquam judicemus; im-  
pedit enim consilium voluptas ra-  
tioni inimica, & mentis perstringit  
oculos. *Voluptates, inquit Cicero,  
blandissima dominae sunt, quæ sapè  
animos nostros à virtute detorquent,  
ab honestis actionibus absterrent.*

Maximè verò sanatur amor fu-  
gâ.

gâ. Uti contra pestilentiam non certius & tutius remedium est, quàm elongatio sive fuga: sic contra imprudentem & impudentem amorem non aliud pharmacum potentius, quàm eadem fuga. Absentia enim magnum remedium est sanandi, aut ad minimum mitigandi omnes graves passionem, præsertim amorem & odium. Ab initio quidem maximum tormentum est amantiû absentia; at tempore ipso minuitur, & oblivio inducitur. Hinc sapientes, qui huic affectui, amori scilicet, præscripsêre medicamina, monuerunt, aliò traducendas esse cogitationes amantium, usûsque familiaris ac congressus remissione infringendum amorem. Nam ut rei dilectæ præsentia, quasi fomite sustentatur amor, sic ubi

hæc

etiam non hæc ex oculis erepta est, aliisque  
 dum est, curis distractus animus, languet  
 que sunt quotidie desideriorum faces,  
 et paulatim extinguuntur. Com-  
 pertum est, mutatione loci, ut &  
 em fugamata rei fugâ, ardoris æstus aut  
 in rem omnino tolli, aut saltem ex parte  
 minui. Securius quidem esset ani-  
 mum mutare potiùs, quàm cælum:  
 quia animo semel vulnerato per  
 moris spiculum, etiam in longin-  
 quo recrudescunt vulnera, & quia  
 nimis pugnare semper nequit,  
 fuga pro consilio est, nec fugisse  
 vocet. Monentem audi Ovidium,  
 Magistrum simul & Medicum  
 moris:

*Tu tamen, & firmis quamvis retine-  
 bere vinclis,*

*I procul, & longas carpere disce  
 vias.*

G

Flebis,



*Flebis, & occurret deserta nomine  
amica,*

*Stabit & in mediâ pes tibi sep  
viâ.*

*Sed quanto minus ire voles, magis  
ire memento,*

*Perfer, & invitos currere cog  
pedes.*

*Nec satis esse putes discedere, lentum  
abesto,*

*Dum perdat vires, sitque sine igni  
cinis.*

Magnus morum Doctor Seneca  
ep. 116. fugam quoque suadet  
cum inquit: *Quantum possumus  
nos, à lubrico recedamus, in sicco  
quoque parum fortiter stamus. Oc-  
curre hoc loco mihi illâ publicâ contra  
Stoicos voce: Nimis magna promitti-  
tis, nimis dura precipitis; Nos ho-  
munciones sumus, omnia negare no-  
bis non possumus. Dolebimus, sed  
parum; concupiscemus, sed tempe-  
ratè*

ratè ; irascemur , sed placabimur.  
Scis quare non possumus ista ? quia  
non posse nos credimus. Vitia nostra  
quia amamus, defendimus, & malu-  
mus excusare illa , quàm excutere.  
Satis natura dedit homini roboris,  
si illo utamur, si vires nostras colligamus,  
ac totas pro nobis, certè non  
contra nos concitemus. Nolle in  
causa est ; non posse pretenditur.  
Hæc ille. Quid verius dici potest?  
hostem cum fugere possemus,  
amplectimur ; fortiter agit , qui  
fugit. Inclamat Ecclesiasticus c. 21.  
Quasi à facie colubri fuge peccata.  
Fortiter agit, qui fugit. Adverte  
stratagemam voluptatis, quos stran-  
gulare cupit, hos priùs amplectitur,  
sicut Philisthæi latrones, suffocau-  
dos à se complectebantur. Primam  
& certissimam jacturam libertatis

habet, quæ pro voluptate deperditur, nec tanto juris sui pretio emit lascivus voluptatem, sed voluptati se vendit. Mentem etiam decoquit, ut jam nec sui juris nec mentis sit; at sine mente tantundem ac brutum cogita, aut mortuum: illud turpissimum, hoc calamitosum. Et sicut æquè mortuus est, qui aureâ conditur urnâ, ac qui vulturum sepelitur ventribus: sic perinde infelix est, qui voluptatibus merfus usu mentis privatur, ac qui sobrius insanit. Fuge ergo voluptatem, cujus extrema desinunt in dolores. Felicis fugæ exemplum exhibent Sacræ litteræ in Josepho filio Jacob. Memorat sacer textus *Genes. c. 39.* de Josepho: *Erat autem Joseph pulchra facie, & decorus aspectu.*  
for-

Forma in casto juvene illicium ti-  
 men erat malæ mulieri & uxori  
 Putipharis , ut ob hanc libentiùs  
 videret, amaret, denique rogaret  
 & invitaret ad scelus. Commodam  
 etiam occasionem circumspiciens  
 ( ut versatile est ingenium mulie-  
 rum ad capiendas animas ) cum  
 Joseph sine arbitris ageret, illa in  
 ipsum irruit, & apprehensâ laciniâ  
 vestimenti ejus, apertè ausa est pe-  
 tere crimen nefandum, impuden-  
 tior, quia Josephi domina. Quid  
 egit Joseph? *Relicto in manu ejus  
 pallio fugit, & egressus est foras:*  
 inquit Sacer textus. Elapsus è ma-  
 nibus Dominae, cum priùs excla-  
 masset: *Quomodo possum hoc ma-  
 lum facere, & peccare in Dominum  
 meum?* Felix fuga, quæ compen-  
 sata fuit pluribus subsequentibus

bonis. Sicut itaque Tröes, ut refert Homerus *in Iliade*, sententiam tulerunt ut Helena restitueretur Menelao, ne & posteris magnam calamitatem adferret: eodem nos animo debemus esse erga voluptates, quæ quamvis aspectu sensûque jucundæ, mirum in modum nobis arrideant, rejiciendæ tamen sunt, aut ab his fugiendum; eò quòd sæpè innumerabilia post se mala trahant, quibus nulla capitalior pestis, nulla deterior labes.

Ulyssis peregrinationes post devictam Trojam, ejusque varios errores & calamitates quivis novit, qui modicè tinctus est historiis, aut in lectione Poëtarum & fabularum versatus parum. Is Ulysses pleròsque socios amisit apud Circeæ pocula, apud Sirenes, apud Loto-  
pha-

phagorum fructus & delicias Phæa-  
censes; plures inter voluptates de-  
siderati, quàm inter ingentia ma-  
ris pericula. Porro Ulysses inter  
suavissimos Sirenum cantus aures  
primò obturavit, & ad malum na-  
vis se alligari præcepit, ut unacum  
navi fugeret lenocinantium vocum  
irritamenta. Idem si fecissent so-  
cii, evasisent. Notum quoque  
illud est, quòd ad Æxam insulam  
Circe venefica mulier, quæ pluri-  
mum magicis artibus poterat, ha-  
bitârit, quæ aliquos Ulyssis socios  
suis poculis in belluas convertit.  
Hanc tamen Ulysses intrepidè ac-  
cessit, sumpto priùs pharmaco,  
quod sibi Mercurius adversus ve-  
neficia dederat, quam stricto gla-  
dio socios primæ formæ coëgit re-  
stituere. Mithologi per hoc in-

telligunt, Ulyssis socios dementatos fuisse poculorum frequentia & copia, ac veluti in belluas degenerasse.

Etiam hodie quidam Ulyssis socii videntur in belluas abjisse, quando concubiâ nocte varias ferarum & belluarum voces rugitu, hinnitu exprimunt, ac si quælibet caupona Circen haberet, quæ sic misceret pocula ad insaniam, & ferinos mores & clamores. Pharmaca sumenda Ulyssis, hoc est, aut muniendi sumus contra voluptatem, aut fugiendum nobis est. Nemo vitia fugere erubescat. Magnanimus etiam & fortis fugit interdum, sed in ipsâ fugâ dignitatem suam tuetur, quod de leone generosissimo animali testatur Plinius lib. 8. c. 16. *Illâ, inquit, nobi-*

nobilior animi significatio: quamli-  
 bet magna canum & venantium ur-  
 gente vi, contemptim restitansque  
 cedit in campis, & ubi spectari po-  
 test: idem ubi virgulta sylvasque  
 penetravit, acerrimo cursu fertur,  
 velut abscondente turpitudinem lo-  
 co. Vitiā fugere, malāmque so-  
 cietatem, aut Sirenes & Circea  
 pocula, nullam habet infamiam,  
 imò meretur optimam famam. Si  
 quis igitur tibi manum injicere ve-  
 lit, fuge ut Cancer, reconde te  
 in abdita, nec fugisse no-  
 cebit.



G 5

V:LEO.



V. LEO. ♌.

*Animo, non corpore major.*




EO ex duodecim Zodiaci signis quintum ab Ariete, domicilium Solis, ubi hic maximum æstum facit, sic dictum à similitudine, quam habet cum Leone animali in natura & effectibus: & quòd Sole in hoc signo existente, Leones maximè afficiantur, & continuis febribus caleant. Est signum fixum, & siccum, triplicitatis igneæ, ferale, &c. Dominatur cordi, stomacho, dorso, lateribus, ac diaphragmati: proindeque noxium est potiones fumere, Sole vel Lunâ in eo existentibus, item & sanguinem mittere.

Porro Leonis sidus in octava Sphæra recessit à loco suo sub primo mobili ad 13. ferè gradus, èstque nunc magis temperatum, quàm tempore Ptolemæi. Habet stellas omninò 27. Ptolemæo; ultra informes 8, at Keplero 40. & adhuc

*Animo, non corpore maior.*





SYMB  
hoc dicitur  
Co. Leonis  
nis, sed ob  
comparat  
caudem  
in capite  
archiepisc  
nus) fact  
nem pron  
bus cogit  
fos, pama  
& nra m  
acerbos  
tempore  
ro temp  
les, g  
tis am  
vindict  
& civile  
sumis  
clariss  
latur. S  
bus aff  
Poe  
Lunam

huc *Bajero* 43. inter quas Regulum, seu *Cor Leonis* secundæ quidem magnitudinis, sed ob sui præstantiam inter primas computatum ferè in Ecliptica: item & caudam primæ magnitudinis, & aliam in capite secundæ. *Hieron. Vitalis*. LEO ardentissimum sydus, sæpè (ut ait *Jovius*) facit in iram atque indignationem pronos, elatâ mente, vehementibus cogitationibus, superbos, imperiosos, primorum locorum semper avidos, & nisi moderentur, acres, violentos, acerbos, res novas molientes, contemptores, rapaces, crudeles. Si verò temperare affectui possint, nobiles, generosos, magnis atque invictis animis, bellicosos, venationi deditos, vindices improborum, militari honore & civili claros, clementes, placabiles, summis aptos dignitatibus, maximè si clarissima stella, quæ *Cor Leonis* appellatur, Soli aut Lunæ conjuncta, natalibus affulserit. *Causin.*

Poëtarum Fabula est, Leonem apud Lunam nutritum, jussu Junonis in Ne-

meæam fylvam ad Herculis exitium demissum fuisse. Hunc, cùm armenta laniaret, Hercules pharetrâ jam exhaustâ, telisque pellem nullo ferro penetrabilem frustra petentibus, crebris ac reiteratis clavæ verberibus quasi comminuit. Imò alii narrant, Herculem prorsus inermem fuisse, feramque brachiis circa collum ejus confertis, eò usque adstrictam tenuisse, donec suffocaverit : quam feram tum humeris impositam Mycenas asportavit. Hinc postea Leo in cælum translatus, inter duodecim signa Zodiaci collocatus est. *Philippus*

*Casus à Zesen.*

*Ani-*

*Animo, non corpore major.*

**D**E Fortitudine acturi, hujus virtutis Symbolum ponimus Leonem, regium animal, & regem inter animalia. Monumenta antiquorum plurima sunt, & adhuc exstant, ubi Leones ante templa, ex marmore, aut ante aulas, vigilantia & fortitudinis signa, excubant. Et apud Ægyptios leonina facies variis Hieroglyphicis expressa, nunc magnanimitatem, nunc animi corporisque vires, nunc animi domitorem significat: subinde vigilantiam, custodiam, dominatum per Leonem expressere antiqui. Nullâ tamen naturæ vi admirabilior esse judicatur, quàm ipsâ, quâ pollet Leo, magnanimitate. Naturæ enim exploratori-

bus constat, inter quadrupedes nul-  
lum aliud animal præstare magis  
animo, & licet mole suâ non ex-  
cedat, sed vastitate corporis Elephas  
longè superet Leonem, hic tamen

*Animò, non corpore major.*

Præterea Leonis imago magni  
& generosi animi meritò simula-  
crum est. Caput enim magnum  
habet, pupillas ignitas, faciem ob-  
rotundam, & ad radioŭ similitudi-  
nem jubas undecunque diffusas,  
quibus colla armòsque vestit.

Et verò Leo cælo adscriptus est, &  
inter 12. signa numeratus, quia Sol  
eo tempore, quo signum hoc per-  
meat, maximè validus est atque ro-  
bustus, summæque vi pollet. Et  
Plutarchus ait, Leonem esse solare  
animal, & Soli quondam dedica-  
tum

um fuisse, quia eandem conditio-  
nem Sol cum Leone habere videtur:  
Leo enim quasi insomnis est, Sol  
patenti igneoque oculo terram con-  
spectu perpetuo atque infatigabili  
contuetur.

Generositatem leonini animi,  
oculi illius ferè loquuntur, nam  
quos adspicit, terret, etsi nihil mo-  
liatur; tanta enim vis, tantusque  
vigor inest oculis, ut ferè ipsius ro-  
bur sedem fixisse in illis credatur.  
Nam tradunt, si vel minimâ læsio-  
ne offendantur Leonis oculi, quòd  
summè debilitetur animal. Ajunt  
Leonem, injecto pallio, quo sta-  
tim acies oculorum illi adimatur,  
usque adeò feritatem suam depo-  
nere, ut etiam vincendum se ho-  
mini præbeat. Quam rem *Plinius*  
*l. 8. c. 16.* annotavit, perhibens  
omnem



omnem vim in oculis consistere.

Quod etiam ostendit Lucretius:

*Est etiam calor ille animo, quem sum-  
mit in irâ*

*Cùm feruescit, & ex oculis micat  
acriùs ardor.*

Solet autem Leo, seipsum flagellando caudâ, ad fortitudinem se excitare aut stimulare; utitur enim hoc incitamento ad assumendas vires, & animum commovendum. Increfcente porro excandescentiâ, acriter terga pulsât, veluti homines excandescentes manus complodere solent, & mutuas ferire palmas. Hæc de naturâ Leonis, & symboli ratione.

Tractat verò Aristoteles *lib. 3. Eth. c. 6.* de Fortitudine in specie, quam sic describit: *Fortitudo est mediocritas, quæ in formidine & fiducia vertitur.* Timemus autem  
tem

tem illa omnia quæ exterrēt, quæ  
uno verbo mala sunt. Nihil enim  
aliud est metus, quàm mali expe-  
ctatio. Ea igitur metuimus omnia,  
quæ mala sunt, ut infamiam, pau-  
pertatem, morbum, solitudinem,  
vitamque sine amicis, mortem de-  
nique. In his omnibus viri fortis  
materia non est. Aliqua enim sunt  
pertimescenda, eaque pertimesce-  
re honestum, contemnere turpe  
est, ut infamiam. Nam qui eam  
metuit, is & probus est & pudens;  
qui verò non metuit, impudens est.

Quæritur ab aliquibus, quare  
Aristoteles post explicatas virtutes  
in genere, acturus in specie de vir-  
tutibus, inceperit Fortitudinem ex-  
plicare primo loco. Hujus rei istæ  
adferuntur causæ: Quia virtus est  
una omnium laudatissima, versa-  
tur

tur enim in rebus maximè arduis & difficilibus, quod virtutis proprium est. Dein Aristoteles videtur in humanis virtutibus tradendis humanæ naturæ ordinem servare voluisse, ut secundùm ætates singulas virtutes explicaret. In primâ adolescentiâ maximè requiruntur Temperantia & Fortitudo. Virilem ætatem ornant & cohonestant liberalitas, magnanimitas, Justitia, & virtutes aliæ, quæ cum his affinitatem habent, ideo secundo loco tractantur. Ultimo loco de Prudentiâ, & aliis virtutibus intellectûs agit, quia prudentia propter multam rerum experientiam in senibus est, & vulpes annosa difficulter capitur. Demum primò explicatur, quia Fortitudinis maximus usus est in rebus humanis, &

maximis, ut in propugnandâ &  
 conservandâ patriâ, Religione,  
 libertate, in augendis provinciis,  
 regnis amplificandis, in defensione  
 carissimorum, ut sunt parentes,  
 liberi, propinqui, amici, & tribui-  
 tur Fortitudini tantus honor, ut per  
 antonomasiam *virtus* dicatur; &  
 si virtus nominetur in rebus arduis,  
 Fortitudo intelligenda est. Sic Virg.

*Nunc prece, nunc dictis virtutem  
 accendit amaris.*

Et Æneas ad Ascanium lib. 12.  
 Æneid.

*Disce puer virtutem ex me, verumque  
 laborem,*

*Fortunam ex aliis.*

Imò fortitudo virilis virtus est, atq;  
 una decet viros. Hinc Cicero gra-  
 vissimè volens culpâre lib. 1. de  
 officiis quosdam, dixit, *Vos etenim  
 Juve.*

*Juvenes animum geritis muliebrem,  
& effœminatum.*

Nunc videndum, quod sit Fortitudinis munus & officium, quandoquidem dictum, quòd sit mediocritas, quæ cum ratione versatur inter metum & fiduciam. Sunt verò duo Fortitudinis officia, quæ in mediocri periculorum tolerantia cernuntur: unum sustinendi, alterum aggrediendi. Sustinando quis fortis dicitur, si pericula resque adversas æquo animo perferat: Aggrediendo autem, si difficilia, eaque honesta, DEI causam subeat, nec eis propriam salutem anteponat. Ex his duobus potissima Fortitudinis vis est, ut pericula resque adversas toleremus. Ideoque magno & elato animo viri fortes esse debent, quando in eo vera fortitudo cernitur

mur, non in viribus corporeis, in  
quibus à plerisque belluis supera-  
mur. Ad hanc autem animi magna-  
nimitatem prudentia est, ac peri-  
culorum consideratio adhibenda,  
ne quid impetu aggrediamur, nulla  
habita ratione, aut circumstan-  
tiarum. Ex ista ratione Plato  
quamcunque tolerantiam negat  
fortitudinem appellari debere, præ-  
ter eam, quæ prudentiæ conjuncta  
est. Quam ipsam propterea ti-  
mendorum & audendorum scien-  
tiam definivit. Hæc prudentiâ di-  
stinguimur à belluis; quia in his  
prudentia esse non potest: hinc  
in his quoque non erit fortitudo.

Diximus, officium unum esse  
fortis viri, tolerare mala & pericu-  
la; quod cum grano salis accipien-  
dum est. Nam quædam sunt, quæ  
metui

metui & non metui debent, ut sunt  
paupertas, dolor, invidia, morbus,  
servitus, exilium, cœcitas, & ejus  
generis alia. Quæ si nobis nostrâ  
culpâ obveniunt, tunc viro bono  
semper pertimescenda: ut, si quis  
ob scelus pellatur in exilium, si pro-  
pter intemperantiam in morbum  
incidat, vel propter assiduam ebrie-  
tatem comitiales morbum con-  
trahat; ejusmodi mala meritò for-  
midanda sunt, quia opprobrio sunt  
& dedecori iis quibus contingunt.  
Aut hæc ipsa mala non nostrâ cul-  
pâ, sed vel casu, vel alienâ injuriâ  
obveniunt: ut, si quis ob Catholi-  
cam Religionem exilium perfert,  
bonis exiit, incarceratur, &c.  
hæc mala exprobrari non possunt,  
nec pertimescenda viro forti, quia  
verè

verè mala non sunt, sed videntur;  
sunt enim honesta.

In tolerantia verò rerum diffi-  
cilium, nihil difficilius est morte.  
Nam mors rerum omnium terri-  
bilium terribilissimum, cum sit ter-  
minus vitæ præsentis; quia non fa-  
tis apparet, quis sit status animæ fu-  
turus post mortem, vel saltem non  
apparet modus, secundum quem  
possint dici manere ea bona post  
mortem, quæ nobis in hac vitâ  
grata & accepta fuere, eò quòd,  
etsi non anima, saltem totum com-  
positum pereat. Mors, inquam,  
etsi sit omnium rerum terribilissi-  
ma, tamen viri fortis maximè virtus  
spectatur & probatur in periculis  
mortis honestè adeundis. Honestè  
inquam, nam mors multis modis  
obvenire potest: ut in bello, aut in  
mari,



mari, aut ex morbo in lecto, aut  
 supplicio; non tamen ubique ho-  
 nestè ferendo vim mortis cernitur  
 Vir fortis. Ea pulcherrima est, quæ  
 pugnando pro religionis, pro liber-  
 tatis, pro Patriæ defensione oppeti-  
 tur. Rectè Maro:

*Pulchrúmque mori succurrit in ar-  
 mis.*

*Dant funera ferro.*

*Certantes, pulchrámque petunt per  
 vulnera mortem.*

Placet casum ex Gramando Hi-  
 storiar. Gallia lib. 1. adducere in  
 causâ duelli. Dux Guisus gratiâ  
 Reginae valens apud Gallos, ab hâc  
 gratiâ dejectus est per æmulos, au-  
 thore Barone Luxio. Guisus me-  
 ditatâ in authorem ultione, fratri  
 Hierosolymitano Equiti author est,  
 reparandæ per ferrum injuriæ, nec  
 longa

longa mora, vindictæ impatiens  
ques, currum vectum Luxium Lute-  
æ, medio vico ad certamen vo-  
at. Luxius è curru exilit: spectat  
nobilium utrinque turma, nullo in-  
contrarium nisu, crudele factum!  
Brevis est pugna. Luxius duplici  
vulnere confossus cadit. Ex obitu  
matris Luxii filio adolescenti XX.  
annorum vesanus dolor, & quo ul-  
tisceretur mortem patris modo,  
longa meditatio. Certè diu prohi-  
uit reverentia, quin Principi sin-  
gulare certamen indiceret: vicit ira.  
arduum opus erat à disparitate na-  
tali: neque enim usu recepta in  
hanc diem singularia certamina vi-  
rorum principum cum secundi or-  
dinis nobilibus. Datur tamen Rio-  
eto à Luxii filio charta in prælium;  
le rarefcentibus ad primum cre-

H

puscu-

pusculum umbris, intrepidè ad Guisium Principem perfert in hæc verba conceptam. Nemini apertius innotescit causa doloris mei, ut legitimus est, quàm tibi, Domine, eoque veniam debes qui junctus es, ignosce si filium à Patris nece ira recordem agit. Singulari tecum certamine dum experiar, si congressum non dedignaberis, quod spero, cum Principe experiri mihi honori vertet; tibi gloria & decori, quam pro natalibus pugna aleam de rectare potes, ultro subeunt. Paterni sanguinis ultorem habes, à quo provocaris, aut unà cesum. Hæc me iusta opinio, quæ sum virtutis tuæ legitimus aestimator, sperare jubet, renuntiaturum te sanguinis privilegio, quo princeps es. Qui tibi à me hoc modicillos reddit, idem dux erit in arenam, quam teneo ultionis impati-

en.

*ens aut mortis: unus mihi equus, duo  
enses, quorum erit electio penes te;  
hic si parum probabitur locus, sequar  
quò indixeris.*

Hæc forma chartæ provocato-  
riæ magni habitatum temporis, ex  
modestâ provocantis audaciâ; mol-  
liebat invidiam justus filii dolor, pa-  
rùmque usitata inter inimicos ur-  
banitas. Acceptum habet Guisius  
Princeps duellum, Griniautióque  
sensim dilabi jussu, Rioleto it co-  
mes, donec in arenam veniret. Da-  
tur delectus ensium, & quanquam  
gelu rigebat solum, exiit thorax,  
nudantur ferro pectora: primo  
transitu, Guisii brachium leviter  
mucrone perstringitur; ubi sangui-  
nem videt: *Patris, inquit, manibus  
Luxi, factum satis eo sanguine. Lu-  
xius irâ vecors, decretoria, inquit,*

*pugna est, sociabitur morte Patri filius, aut hostis hosti.* Redintegratur pugna; altero transitu lethaliter confoditur Luxius, neque cadit: acto in gyrum equo, redit in hostem integris adhuc viribus, prætergressumque in vestigia sequitur. Lateri mucro imminebat, cum Guisus agrè reducto equo (æstuabat ferocitate ignitus fræno impare) iterum objicit ensem, currentis equi impetu, in latus capulo tenus abditum. Non in momento cadit Luxius, bis lethaliter ictus: sinuantur denuò in gyrum equi, instat mutuò in latera ferrum, donec Luxium destituerent penitus vires; excutitur equo exanimis, cui viguit animus donec vixit.

Hæc facies duelli, & exitus. Mors nimirum Luxii filii pro patre confod.

fosso duellantis, & bis confossi.

Nunc iudicium authoris accipe.

Ab eo duello gloria Guisiano Equi-

ti ingens, nempe apud eos qui gla-

diatoriam sectantur: sed quid hæc

ad virtutem? Sanè Luxii filii ma-

gnanimitas valuit apud omnes, nec

poterat meliore fato occumbere ul-

tor paternæ cædis; justa causa erat,

decora & legitima ultio, si ut mori

Christianum decet, moreretur.

Nimirum indigna Christianis

hominibus ea pugna est, quæ so-

lam adversarii necem victoriam ha-

bet, & privatam injuriam ulcisci ju-

stitia debet, aut sanè ultio Divinæ

Majestati relinquenda est. Christia-

nâ itaque censurâ damnatur hæc

fortitudo Luxii, etsi forsan patro-

nos inveniret Ethicos, sed Eth-

nicos.

H 3

Quia

Quia verò incidit duelli mentio, plura de hoc adducenda sunt, quia sæpiùs contingunt duella: damnantur verò non tantùm ab Ecclesiasticis, sed etiam à Politicis.

Duellum, ut definit Vernulæus *Institutionum Politicarum lib. 4. tit. 13.* est duorum quasi bellum, singulare nimirum certamen inter duos, aut certè inter paucos. Græci Monomachiam appellant. Prohibitum est omni Jure: Romanorum imprimis Pontificum legibus, deinde etiam jure Cæsareo; quòd Divinæ Majestatis judicium tentare hoc modo non liceat, & iniquum sit causam jure & æquitate optimam dubio Martis arbitrio committere. Unde gravissimâ pœnâ coërcendi sunt ii, qui ad inanem virium ostentationem, aut gladiatorix artis jaetan-

stantiam, in singulare certamen  
ascendunt. Neque enim pro eâ  
tantum jactantiâ, ad quandam spe-  
tantium oblectationem, præsen-  
tissimo periculo vitam exponere &  
objicere fas est.

Multò verò minùs ad indagan-  
dam dubii Juris veritatem aut justi-  
tiam permissum esse potest, eò  
quòd fallax sit dubiique & incerti  
eventûs duellum, adeóque certi Ju-  
ris & innocentiaè testimonium esse  
non possit. Ipsa testis experientia  
est, plerùmque singulari certamine  
innocentem occumbere, causam-  
que malam triumphare, ut in supe-  
riore casu Luxii & Guisii contigit,  
ubi Guisius bis iniquè vicit, Jus au-  
tem non situm est in gladio, robo-  
re, aut dexteritate.

At objicis: Dum honor pericli-



tatur, utique duellum pro defensione proprii honoris suscipi potest. Nam strenuus ac generosus animus non minùs pro honore quàm pro vita sollicitus est; imò verò perdere honorem quàm vitam gravius multi putant, & ignavus timidusque nec verè nobilis existimatur, qui læsum honorem gladio non tuetur. Nec exiguam honoris ac nominis sui jacturam facit, qui ad duellum provocatus, certamen recusat. Hæc inquam objiuntur, aut prætenduntur, sed ab iis qui vulgi opinione sunt imbuti, aut qui gladiatoria ferociâ turgent. Longè aliter sentiunt sapientes & prudentes viri, hunc scilicet in modum: si illata injuria est, honórque læsus, Juris utendum remedio est: sique inter Principes vel Reges jure res componi

poni non potest, in publicum bellum injuriator trahi potest. Aliter ulcisci non licet, quia divinæ ac humanæ Leges prohibent. Quòd si quis provocetur, non ignominiosum est detrectare pugnam, ut vulgus putat, sed legibus parere gloriosum. Aliud est, si quis non provocatus invadatur subitò, tunc ad justam sui defensionem paratum esse nunquam est nefas; quia si vita in periculum veniat, nec alius eam tuendi supersit modus, licet vim vi repellere.

Duelli gravitatem pœnæ indicant in duellantes statutæ, quia in eos, qui nullâ justâ causâ duello certant, tum Ecclesia tum Respublica advertit. Ecclesia anathemate percutit, nec ulla consuetudo aut privilegium liberat. Occum-

bentes ecclesiasticâ sepulturâ privat. Qui consilium, favorem, auxilium præbent, qui præsentés sunt & spectant, qui locum concedunt, eodem anathemate innodantur. Respublica autem damnat eos, qui quempiam singulari certamine interemerint, tanquam sicarios, & perpetuam infamix labem inurit.

Ipse Deus Guisii ferociam festinâ ultione punit. Nam peracto duello, jam antè Prorex declaratus, adit provinciam magnificè, excipitur omnium applausu. Prostabat fortè immanis belli machina, placuit tormentario in scopum ludo recreari Principem. Jam displosa sæpiùs machina incaluerat: jussus Ludimagister tormento adhuc fervido ignem subdere, negat, caussatus ex recenti ictu calentem machi-

chinam : instat Princeps, quóque  
intendebatur metus, urget acriùs in  
speciem spreti periculi, donec igne  
submisso, machina ingenti fragore  
disrumperetur. Fragmento æris  
violentius impressi atteritur viro  
Principi coxa, quà ventriculum su-  
bit, & ex vulnere moritur. Non de-  
fuère qui crederent, à Deo procu-  
ratam velut miraculo necem viro  
Principi, ab effuso injuriâ sanguine  
utriusque Luxii : probabat altum  
esse Dei judicium, insolens necis  
genus, & recens crimen, velut pro-  
pero in ultionem Deo.

Coronidis loco dicendum est de  
præmiis magni animi. Magnus qui-  
dem animus contemptor est peri-  
culorum cum ratione, contemptor  
quoque injuriarum, & versatur in  
arduis, ac nutritur & sustentatur ad-

versis, uti flamma agitata vento intensè magis ardet, pro præmio habet honorem. Cùm enim nihil admittat turpe, semper eò respicit, ut in omnibus virtutibus apicem teneat, unde honor nascitur dignum virtutis præmium. Sed honor is æstimatur præcipuus, qui à gravibus, magnis, bonisque viris defertur: qui verò à plebe, aut à minutis homuncionibus sine iudicio & consilio defertur, tanti æstimandus non est, imò subinde contemnendus, & innitendum propriæ conscientiæ, quæ scit, quanti virtus facienda sit. Inter honores verò etiam collocantur gradus Academici, quos magnanimi & fortes animo Studiosi expetunt tanquam suorum conatuum præmia; qui verò abjecti, aut pusillo animo, eosdem fugiunt.

Magna-

Magnanimus tam magno animo est, ut honoribus quantumvis magnis necdum fatietur; sed ad ultiores semper adspirat, accenditurque cupiditas in magno animo per virtutes grassandi ad summa fastigia rerum. Itaque magnus animus nunquam invenit satis amplum theatrum, ubi ad votum se exercere possit in magnis rebus & virtutibus. Exercet autem potissimum se magnus animus, aut magnanimus, in justitia, in liberalitate & beneficiâ, libentiùs in alios confert beneficia, quàm ipse ab aliis accipiat. Ubique prævalet magnus animus, ex adversis eluctatur, in magnis occupatur, ac ubique Leoninam faciem exhibet. Sed quæritur, an in pusillis hominibus, & parvæ staturæ viris, magnus animus

mus inesse possit? R. Omnino.  
Ulysses animo, non corpore major  
erat Aiace. Sæpè parvi & compen-  
diosi viri ingenti magnanimitate  
præditi sunt. Et hæc de Fortitudi-  
ne, & cognatis virtutibus Fortitudi-  
nis, dicta sunt. Plura vide in

*Instit. Ethic. lib. 3.*

*cap. 3.*

*Erubuisse sat est.*







in terrenis  
Domicilium  
minatur e  
Diaphrag  
alterius  
est: in  
Virginitas  
utique in  
bet juxta  
dactylas,  
eo enim  
veris m  
rum,  
Spica  
cari so  
hor al

VI. VIRGO. III.

*Erubuisse sat est.*



VIRGO sextum Zodiaci signum septentrionale, proximum æquinoctio autumnali, adeoque commune: naturâ suâ terreum, frigidum nempe, & siccum; Domicilium & exaltatio Mercurii. Dominatur ex membris humanis Ventri, Diaphragmati, intestinis, & iliis. Ejus asterismus in octava sphaera longissimus est: incipit enim nunc temporis à gr. 16. Virginis primi mobilis, & protenditur usque in gradum 6. Scorpii. Stellas habet juxta *Ptolemaum* 26, in formam reductas, & sex informes: at *Keplerus* in eo enumerat omninò 39. *Bajerus* 42. diversæ magnitudinis, & naturæ; quarum, quæ primæ magnitudinis est, *Spica Virginis*, *arista*, *Azimesh* vocari solet: quæ verò in ala dextra borealior est, secundæ magnitudinis, *Vinde-*

*mi-*

*miatrix* appellari consuevit, ideò, quòd hâc stellâ oriente, tempus vindemiæ appropinquârit in Græcia. Porro hoc sidus in horoscopo facit hominem amabilem, jucundum, decorâ facie, suavémque moribus, quique naturaliter in opera pietatis inclinât. *Hieron. Vitalis.*

Cæterùm de ipsius Virginis asterismo alii tradunt, repræsentari eodem *Cerere*, ideò quòd spicas teneat. Alii Jovis & Themidos filiam hanc esse, *Justitiam* dictam, quæ eò tempore in terris obambulârit, quò aureum durabat sæculum, eodémque finito in cœlum recesserit. *De qua Ovid. lib. 1. Metam.*

*Ultima cœlestium terras Astrea reliquit.*

Alii tamen sunt, qui Erigonen Icarî filiam fuisse annotant, quæ ex dolore paternæ necis, quem rustici temulenti occiderunt, seipsam suspendit, Deorúmque miseratione in cœlum translata, *Virginis* nomen obtinuit. *De quâ Virgil. 2. Georg.*

*Quâ locus Erigonen inter chelâsque sequentes panditur. Sol*

Sol in Virgine spiciferâ, est vis Solaris in Augusto, omnium frugum, in spica representatarum, ad maturitatem excoctiva. Nunc ad Symbolum.

*Erubuisse sat est.*

**A**stronomorum & Poëtarum solertia non immeritò Virginem cœlo inseruit: nam mira convenientia cœli & virginitatis est. Nec cingulum cœleste credendum foret pudicum, nisi Virgo illud quoque exornaret. Virginitas amica Angelorum est, quidni cœlum occuparet? Hoc enim sidus virginium rarum in terris est, & corvo rarius albo. Nos pro symbolo ponimus continentia & pudicitia, aut verecundia, de quibus virtutibus meritò Ethicus tractat. Nam morum omnium condimentum est verecundia, & custos virtutum casti-

stitas & pudicitia: quæ licet inter se differre videantur, eadem tamen sunt, soloque nomine non re distant, cum utraque ad corporis & animi integritatem pertineat. Virtutis hujus sedes non in animo tantum collocatur, sed in corpore etiam. Unde insigniter Don Pio Rossi in suo *Convictu morali* pudicitia & honestatis leges describit, cum scribit: *Honestas & pudicitia habent oculos columbarum, qui loti sunt in lacte innocentia & candoris. Eorum labia sunt ostro & purpurâ cooperta, quia illorum discursus sunt pudici. Ipsorum manus sunt plenæ myrrhâ, quæ impedit corruptionem, & eximit ac custodit ab omni cada-veroso fœtore. Illorum cor & corpus nil spirat nisi modestiam. Ita pudicitia & modestia in animo &*

COR-

corpore imperium obtinet, dum  
oculos, linguam, manus, cor, & in-  
tentionem intra limites modestiæ  
cohibet.

Signum Virginis in Firmamen-  
to corpus habet illuminatissimum,  
unde fortassis Astrologi sumpserunt  
occasionem per Virginis imaginem  
exprimendi purissimas & suavissi-  
mas stellarum faces. Nam Sol dum  
ambulat per signum Leonis, vibrat  
radios tam vehementes, ut exinde  
canes rabiosi reddantur; at cum  
per Virginis signum decurrit, tem-  
peratos & benignos diffundit radi-  
os. Unde quidam Theologus Si-  
gnum Virginis cœlestis spicam ge-  
rentis D. Virgini Patronæ nostræ  
comparat, cum inquit: *Symbolum*  
*Virginis simul & Matris Mariæ, quæ*  
*immaculata semper, & omni pulchri-*  
*tudi-*

*tudine decorata, tenet spicas cœlestium  
seminum gratiarum & virtutum  
suis dilectoribus tribuendorum.*

Hæc de Symbolo Virginis. Superest de Lemmate discurrere, quod est: *Erubuisse sat est.* Senex Tarentinus olim, ubi adolescentem allocutus, eundem vidit rubore suffundi, exclamavit: *Erubuit, salva res est.* Ac si dicere vellet, integrum ab omnino esse animum adhuc, quem rubor in vultu proderet. Nam verecundia veluti in chartam albam vultus, clarissimis notis ruboris scribit animi interiores sensus. Verus color virtutis erubescencia est, & ipsa verecundia custos decori est, ac mater honestatis. Et quamvis ipsa verecundia virtus non sit, omnium tamen virtutum veluti aurora est. Unde non malè Diogenes

nes

es juveni erubescenti hoc solati-  
um dedit: *Confide fili, hujusmodi est*  
*virtutis color. Non spero majus bo-*  
*num, inquit Seneca, de juvene, quàm*  
*errans erubescat; non enim perdit*  
*liquid de bona natura, sed nutrit per*  
*namc verecundiam bona natura dona.*

Pythias Aristotelis filia rogata  
familiaribus, quem pulcherri-  
mum judicaret colorem? respon-  
dit prudenter: *qui ex pudore elici-*  
*ur. Virtutis enim signum est Pu-*  
*lor hic, seu metus infamiæ. Eche-*  
*us Phæacensis ajebat: verecun-*  
*dis pudentibusque Jovem favere*  
*fulminatorem. Et Socrates dice-*  
*bat, Hospitalem Deum inter homi-*  
*nes, qui justis pudoris participes sunt,*  
*versari. Censuerunt antiqui, suffi-*  
*ere mortalibus Justitiam & pud-*  
*orem, ut commodè vivant. Id hoc*  
*modo*



modo expresserunt. Quando homines ob metum ferarum inceperunt urbes condere, atque in unum convenire, Jupiter Mercurium misit cum Justitia & Pudore. Rogatus Jupiter à Mercurio, num deberet utrumque hominibus omnibus tradere? *Omnibus*, respondit Jupiter, *omnes siquidem horum participes esse debent.* Certè magnum bonum cum verecundia mortalibus datum; nam pudor & metus duæ anchoræ sunt, quæ fluctuantem in sensualitatis mari animum firmant. Dixi verò suprà, verecundiam, à qua nascitur rubor, virtutem non esse quidem, sed auroram virtutis, quòd virtuti admodum cognata & affinis sit. Ipse enim Aristoteles inquit: *De verecundia autem non est quod, ut de aliqua virtute dicendum esse videa-*

*tur.*

ur. Et Plutarchus ait, pudorem si-  
gnum esse ingenii apti ad cultu-  
ram, hoc est, ad amplectendas ar-  
tes & scientias, atq; ad consequen-  
das virtutes.

Philologi Hieroglyphicum ve-  
recundiæ os humanum ponunt, ide-  
o que de impudentibus jactari solet  
proverbium, eos os non habere.  
Hinc Cato Major Lentulo, qui spu-  
tum in ejus faciem ejaculatus fue-  
rat, abstersâ tantum facie dixit: *Af-  
firmabo omnibus, Lentule, falli eos,  
qui te negant os habere.* Argute satis.

Porro de verecundia agendum,  
& continentia; de verecundia qui-  
dem, ut de laudabili passione Nam  
verecundia est timor confusionis,  
ex quo timore rubore suffundimur;  
timor autem est passio, itaque &  
verecundia, sicut & audacia passio  
est.

est. Rubor & erubescencia, quæ consequitur ex hoc timore, & à verecundo sentitur in vultu corporaliter immutato, ostendit veluti effectus, quod sit passio ipsa verecundia. Nam sicuti timentes mortem expallescent, sic metuentes confusionem vel infamiam erubescunt. Expallescere autem & erubescere non sunt sine corporali immutatione: Quia motus externi interiorum passionem indicant. Convenit tamen in hoc cum virtute, quia sicuti virtus est habitus laudabilis, ita verecundia est passio laudabilis. Erubuit enim adolescens aut juvenis? Salva res est. Nam adhuc habet metum confusionis & infamiae. At ubi depuduit, nec amplius erubescit, totusque pudor & verecundia exulat, cum tali juvene concla-

ma-

passio verecundia dum pingit genas rubore, veluti rosis virtutis colorat, dum spina metus infamiae mentem pungit.

Quæres forsan curiosè, cur timorientes palleſcant, verecundantes rubefcant? Dico, quòd ideo id fit: Quia natura transmittit spiritus & humorem, ubi defectum ſentit, ut deficienti ſubveniat; & quoniam ſedes vitæ eſt cor, ideo quando timetur periculum, & maximè periculum vitæ, ſpiritus & ſanguis ad cor recurrunt, & tunc exteriora, ut facies, quaſi deſtituta & deſerta ſpiritu & ſanguine, expalleſcunt. Et quia confuſio ſtat in exterioribus, & non in corde, ideo quando homo confuſionem timet, ſpiritus & ſanguis ad exteriora &

præcipuè ad faciem currunt, & sic homo rubescit in facie; atque hæc erubescencia dicitur verecundia, quæ est passio moralis laudabilis, cum immutatione corporali consistens.

Decet verò verecundia maxime Juventutem. Quia cum Juventus ob calorem sanguinis, & vehementiam passionum prona sit & lubrica ad errandum & peccandum, verecundiâ quodam quasi fræno inhibetur, ex metu confusio nis. Hinc ubivis locorum laudatur juvenis verecundus, reprobatum inverecundus; signum itaque est, quòd verecundia deceat hanc ætatem.

Senili autem ætati non videtur convenire verecundia; quia ob gravitatem ætatis, longamque experientiam non censetur damnosa.

com-

committere. Et cum in senibus fervor sanguinis & calor deficiat, censentur magis posse resistere passionibus, utpote non ita vehementibus, ut in ætate florida.

Muliebrem verò sexum pro omni ætate, omni loco, decet esse verecundum. Quoniam mulier est parvi sensus, ut inquit Aristoteles, & multæ voluptatis, & nisi adsit timor confusionis, concupiscentiis suis abripitur, inquit idem Aristoteles. Et Ovidius ait, labilem hunc sexum,

*Ni vir sit custos, ni pudor atque metus.*

Hæc retinacula si absint, & si mulier fræno verecundiæ & metu pœnæ non cohibeatur, certò impudica fiet, & in senio impudicas faciet, ut in proverbio est: *Juvenis meretrix, senex lena.* I 2. Quæ-

Quæres, utrum quis verecundari possit propter alterius factum probrosum? R. Omnino; si enim v. g. amicus aut consanguineus, aut patriota & conterraneus, committat furtum, & ob hoc suspendatur, verecundantur etiam illi, qui ex eadem patria, urbe, loco & natione sunt. Metus enim & timor potest nasci ex alterius etiam turpitudine, non solum ex propria; inde quando parentes objurgant filios ob dissolutam vitam, & mores distortos, plerumque ajunt: *Propter te confundor.* Utrigitur honorificum factum transit ad omnes amicos, ita quoque turpe pudorem omnibus agnatis injicit.

Notandum verò est, quòd pudor quidem metus sit, sed non ut pavor & terror: hi siquidem ex animi

con-

contractione nascuntur, ille metus pudoris sæpè fit ex animi amplitudine, & magnitudine. Quam ob causam rectè ab Aristotele definitur *Animi perturbatio de iis, quæ dedecus adferre possunt, aut videntur adferre*, quoniam ejus subjectum turpitude est, in quam cum incidere vereamur, timemus ac pudore afficiamur. Sed ejus tamen variae sunt causæ, nec unâ semper ratione dedecus timetur. Nam ex propria persona nonnulli pudore afficiuntur, alii propter alterius, ut dictum, quem vel amant, vel admirantur. Communis tamen illius causa est turpitudopropria, sive ea naturalis sit, & ex sua natura, vel opinata turpitude, hoc est, ex opinione hominum. Naturali quidè, ut rerum vitiosarum, à quibus naturæ instinctu abhorre-



mus: opinatâ, ut cùm hominum opinione turpia censentur aliqua vel in sermone, vel in vivendi modo, vel in consuetudine, vel in aliis generis ejusdem. Effectus pudoris externi sunt verecundia, seu ruboris suffusio, conturbatio rationis, dum cogitata memoriâ excidunt, sermo vacillat, & verba dicenti sæpè defunt.

Concessus à natura videtur esse pudor & verecundia ad continentiam, & ad alios affectus cohibendos, ne efferantur, & in præceps ruant. Hinc in juvene & foeminâ pudorem maximè laudamus: quoniam in juvene bonæ indolis signum est, in foemina virtutis ac probitatis signum; estque color optimus in pallido quoque virginis vultu erubescencia, hicque pudor &

foe-

foeminam & juvenem continentes  
facit, ut metuant turpia. Suapte  
naturâ denique turpia sunt, de qui-  
bus omnes erubescunt, & latebras  
quærunt : opinione aliqua turpia,  
quæ naturâ suâ non sunt, ut in pla-  
teis comedere, quòd cùm ex se tur-  
pe non sit, non benè moratus ta-  
men esse censetur is, qui ita per pla-  
teas obambulans utrasque implet  
buccas; itaque communis opinio  
hominum modestorum judicat  
hunc actum turpem. Sed hæc de  
verecundia. Vide etiam, quæ diximus  
in *Institut. Ethic. lib. 7. c. 2.*

## VII. LIBRA. ♎.

*Discite Justitiam moniti.*

Virg. 6. *Æneid.*



LIBRA unum ex duodecim Zodiaci signis, Arieti ex diametro oppositum, sic dictum, quòd Sole in æquinoctio autumnali in ipso existente, dies noctibus æquales sint, quasi in statera librati. Est signum aëreum, calidum, & humidum, mobile, pulchrum, domicilium Veneris, & exaltatio Saturni; propter quod inter violenta computatur. Præest lumbis, renibus, & inferioribus ventris. Libræ sidus in octavâ sphærâ incipit nunc temporis à gradu 6. Scorpii, & protenditur usque ad gradum 27. Formatur ex stellis octo secundum *Ptolemæum*, exceptis 9. quas linoquit informes. *Keplerus* autem in eo enumerat omninò 18. omnes ferè de natura Saturni, & Martis; quarum

*Discite Iustitiam moniti. Virg. 6. Aeneid.*



rum praxip  
 secunda ma  
 putata. Pri  
 dum sunt  
 res huma  
 am hiehu  
 mortuere  
 re nati, in  
 chra facie  
 placidis,  
 caufa erum  
 taly. V. 3  
 Libra  
 stuz, s  
 Erigone  
 gone, La  
 rav: Vi  
 Soli in  
 es solaris  
 aim hie  
 zqualis  
 hoc me  
 trania

rum præcipua est, quæ in lance Australi, secundæ magnitudinis, inter regias computata. Priores ejus partes sicca admodum sunt; mediæ temperatæ, posteriores humidæ, & aquosæ. Quæ in Boream flectunt, ventosæ, quæ ad Austrum mortiferæ, & pestilentes. Hoc sub sidere nati, sive mares sint, sive fæminæ, pulchra facie sunt, planis capillis, moribus placidis, sed ut plurimum mortis suæ causa erunt, ut habet *Ptolemæus in Centiloq. V. 37.*

Libra verò insigne est Justitiæ seu Astrææ, quæ Astræa cum eadem sit, quæ Erigone, Authorum judicio, ab ipsâ Erigone, Libra in coelum asportata est. *Hieron: Vitalis.*

Sol in Libra, est Sol in æquilibrio, dies solaris in æquinoctio; in Septembri enim habetur toto orbe obliquo iterum æqualis diei & noctis divisio. *Hercules* hoc mense invertitur; Sol ita sub terram transito æquatore deprimitur, ut dein-

ceps post æquinoctium semper longior  
nox, quàm dies habeatur, quia Sol diu-  
tiùs infra, quàm supra nostrum horizon-  
tem moratur. Igitur Signum hoc Libræ  
bilancis nobis in Zodiaco Morali Sym-  
bolum erit Justitiæ.

*Discite Justitiam moniti.*

**D**E Justitia tractare non tantùm  
pertinet ad Jurisconsultos &  
Theologos, sed etiam ad Ethicos,  
in quantum virtus est, aut virtutum  
nutrix & mater. Justitia inter re-  
liquas dotes animi principatum te-  
net, debitâ in Deum pietate, in  
commerciis fide, in omni vitæ usu,  
æquitate insignis. Nihil justitiæ pri-  
us est aut antiquius, quàm ad legum  
præscripta vitam conformare, suum  
cuique tribuere, omnem injuriæ,  
perfidia, prodicionis infamiam de-  
clinare. Itaque odio sunt turpes

nocendi per vim fraudesve artes.  
Religio est verbis incautam simpli-  
citatem circumvenire, vultu bene-  
volentiam fingere, amicitias ex usu  
magis, quàm ex æquo æstimare,  
linguam, manum, fidem quæstui  
habere, nequitiam supercilio, sce-  
lera parietibus tegere. Justitia non  
tam professione virtutis, quàm illi-  
us studio & cultu gloriam affectat.  
Laborantium amicorum causam  
adversus inimicorum injurias pro-  
pugnat. Implicatam insidiis inno-  
centiam omnibus opibus tuetur.  
Extinguit latrocinia, reprimit cæ-  
des, vindicat illatam supplicibus in-  
juriam, potentes cum tenuioribus  
pari jure retinet. Pro Patriæ salute,  
pro legum incolumitate, pro disci-  
plinæ stabilimento perpetuam ad-  
versus improbos cives dimicatio-



nem sustinet. Hæc tam nobilis justitiæ indoles Aristotelem impulit, ut post reliquarum virtutum præmissum diligens examen in 4. libris Moralibus, in quinto demum de Justitia tractaret, non quòd Justitia reliquis virtutibus esset inferior, sed quòd virtutes omnes alias sub se complecteretur. Quamobrem ad ejus naturam plenius intelligendam necesse fuit reliquas virtutes priùs explicare. Est enim ea, ut inquit Cic. 3. lib. offic. *omnium virtutum domina & regina*. Et Aristoteles. c. 1 3. lib. 3. *Polit.* eo maximè nomine justitiam commendat, quòd ea sola sit, quæ societatem inter homines tuetur & conservat. Græcus textus habet : *Justitiam virtutem esse dicimus ad societatem accommodatam, quam necessario cætera*

*tera consequantur omnes. In unius enim Justitiæ pectore, aliæ omnes virtutes non aliter quàm sidera cælo lucent. Unde ex Euripide ait hoc ipso l. cap. i. Aristoteles: Neq; Hesperum, neque Luciferum tantam sui admirationem excitare, atque ipsam Justitiam. Hæc in Elogium Justitiæ: cætera nunc compendio expedimus.*

Imprimis solet Justitia hoc operari in hominibus, quòd per eam reddantur apti & dispositi ad operandum justa. Secundò, per eam ipso facto operantur justa. Tertiò, volunt per eam operari justa. Ex his effectibus describitur hoc modo Justitia.

*Justitia est habitus, quo sumus apti & inclinamur operari justa, & volumus operari justa. Ita Aristoteles*

teles 5. *Eth. c. 1.* Contra Injustitia est habitus, quo agimus injusta.

Non sufficit autem agere justa, sed necesse est, ut quis velit etiam justa agere, hoc est, ut voluntas sit quoque justa. Nam fieri poterit interdum, ut quis non volens sed coactus, hoc est, vel ex sententiâ Judicis tribuat alicui quod suum est, is non ideo dicetur justus. Itidem fieri potest per imprudentiam, ut alteri res sua restituatur: neque hîc vera justitia est, quia deest justa voluntas. Sic enim apud Stobæum *serm. 9.* describitur justus: Vir justus est, non qui non facit injuriam, sed qui, cum facere possit, non vult tamen. Voluntas ergo & consilium justa agendi debet adesse in  
ope-

operatione justa, ut quis jure justus  
appelletur.

Sic ab Ulpiano, non multum ab  
Aristotele diverso, definitur *Justi-  
tia constans & perpetua voluntas,  
jus suum cuique tribuendi*. Quid  
enim aliud est, *constans & perpetua  
voluntas*, quam habitus in animo  
confirmatus, quo volumus unicui-  
que suum tribuere? Sive idæa  
seu forma in animâ æqua præscri-  
bens, nunquam refugiens. Sicuti  
oculis à naturâ indita est vis, quæ  
colores invicem à se secernit. Hæc  
Justitiæ idæa est immutabilis, certa,  
& perpetua. Ut enim corpus non  
potest non dolere, cum vulnus ac-  
cepit: ita animus perpetuò impro-  
bat, quoties alicui jus suum non  
tribuitur. Et tamen si leges pro  
tempore, conditione, pro loco-  
rum

rum exigentiâ , aliæ aliæque proferantur , & interim variant ; Justitia tamen una manet , & homo utcunque fragilis sit & mutationi expositus , habitum tamen illum , & constantem ac perpetuam illam voluntatem neminem lædendi , & suum jus cuique tribuendi , habere potest. Hæc omnium præclarissima , ipsaque omnis virtus , omnesque virtutes continet , sola omnium domina est & regina , nihil alienum vindicat , propriam utilitatem negligit , ut servet communem æquitatem. Commune bonum spectat Justitia , neque se se angustis quibusdam limitibus contineri patitur ; sed effundit quaquaversum , & omnes omnino complectitur. Duæ hîc constituuntur Justitiæ species: *commutans*,

Et

*& distribuens.* Nam, ut ait *Arist.*  
*l. 5. Eth. c. 2.* Omnis inter ho-  
mines communio duabus potissi-  
mum rebus continetur, ordinatio-  
ne personarum, & rerum commu-  
tatione. *Justitia distributiva* est,  
per quam bona & mala communia  
justè distribuuntur inter eos, ad  
quos pertinent. Vel, Est virtus,  
quæ in distributione bonorum vel  
malorum externorū rationem ha-  
bet dignitatis personarum, ut sin-  
gulis pro earum merito suum tri-  
buatur, *Arist. 5. Eth. c. 2.*

*Commutativa* *Justitia* est, quæ in  
contractibus & commutatione rerū  
eam servat æqualitatem, ut quisque  
suum consequatur, & neutra pars  
defraudetur. *Arist. 5. Eth. 4.*

Versatur n. circa contractus, in  
ijsque æqualitatem constituit, non

Geo-

Geometricâ sed arithmeticâ proportionem, nullâ personarum, quæ contrahunt, habitâ ratione.

De hâc æqualitate si controversia oriatur, ad judicem itur. E.g. Emit quispiam libros aureis decem, nec Bibliopolæ satisfacit. Hîc inæqualitas oritur, Justitiæ huic contraria. Emptor habet plus, nempe libros & pecuniam: venditor minus habet, nihil nempe eorum, quæ in contractu; cum libros tradiderit, nec pecuniam receperit. Hanc inæqualitatem corrigit justitia commutativa, & decem aureos adimit emptori, ut Bibliopolæ fiat satis. Unde nascitur medium inter lucrum & damnum, in arithmeticâ proportionem situm.

Justitiâ inter aliasq; virtutes hoc interest, quòd hæ uni quodammodo

dò supposito suo studeant, uni  
serviant, & consulant; at Justitia  
aliis vacat quàm maximè. *Pru-*  
*dentia* dicitur, quid tibi in quâque  
occasione agendum, quid sequen-  
dum, quid fugiendum. *Tempe-*  
*rantia* iram & libidinem, aliósque  
insolentes animi motus, æstúsque  
regit & coërcet. *Fortitudo* timo-  
rem expellit, ac nimiam abjectæ  
mentis demissionem erigit ac su-  
stinet. Itaque à prudentia, Tem-  
perantia, fortitudine uni tibi est  
benè: Sed à Justitia alijs quàm  
optimè; neque enim te ipsum,  
tuúmque bonum hæc attendit, sed  
aliorum Jura, commoda, faculta-  
tes aspicit & tuetur, atque à se quo-  
dammodò abit, ut in alios tran-  
seat, eorum saluti, incolumitati,  
bonoque prospicit.

Di-



Dignissimum Justitiæ hierogly-  
plicum est *Lanx & æquilibrium*: quo  
momenta causarum, litigatorum-  
que rationes ponderentur; ut quò  
lanx Justitiæ, eò descendat religio  
judicantis, sive suum cuique tri-  
buendo, sive scelera vindicando,  
quomodo divina manus senten-  
tiam Balthazaris in pariete descri-  
psit: *appensus es in statera, & in-  
ventus minus habens*, quam eadem  
nocte divinæ damnationis ministri  
executi sunt, rege neci dato.

In summâ, Justitia est vita cæ-  
lestis, aurei sæculi mater & regina.  
Astreæ similis, quæ thronos fide-  
reos habitat: terrenas sedes ne de-  
ferat obsecramus, ne in ferreum  
sæculum prolabamur.

Non sine mysterio fabulati sunt  
antiqui Philosophi, Jovem timen-  
tem,

hieroglyphem, ne omnes homines ferreo sæ-  
culo exterminarentur ferro, duo  
salutaria in terram misisse Numina,  
*verecundiam*, & *Justitiam*, quæ  
dispersos congregarent, & ad  
cœundam societatem contrahe-  
rent; utque illi, qui ab ingenuo  
timore pudoris non retinerentur, à  
servili refrænarentur terrore pænæ.  
Justitia igitur primùm ad Societa-  
tem cœundam homines compu-  
lit, neque domus est ulla, multò  
minùs civitas, quæ sine Justitiâ  
diem unum possit subsistere.


Amplitudo eius inde patet, quia  
Justitiæ plena sunt omnia. Viget  
in cælo, in elementis, in quadri-  
partita tempestatum varietate, in  
animæ facultatibus, & denique in  
omni vitâ hominum, quæ sine Ju-  
stitiâ plus quàm belluina erat futu-

ra. Sed de Justitiâ plura diximus  
in *Instit: Ethic: lib. 5.* quæ ibi vide-  
ri possunt. Progredimur igi-  
tur ad Symbolum  
Scorpij.



Vltima terrent:





VIII. SC

U



maque Ven  
mira, quam  
tri. sympat  
ignum ingre  
nunt, & in  
de summe  
ne in horo  
telle, Scou  
gi ex mem  
ven. Vitali  
sphaera, an  
plectur. A  
unde oim  
merabanti  
tes, etiam

VIII. SCORPIUS. m.

*Ultima terrent.*



CORPIO Octavum ab Ariete signum, aqueum, fixum, domicilium Martis & ejusdem Trigonum, unaqueque Veneris & Lunæ, sic dictum à natura, quam habet cum Scorpione terrestri, sympathia. Siquidem Lunâ hoc signum ingressâ, Scorpiones maximè feruntur, & infensi; domusque (quod valde mirum est) ædificari cepta, Scorpionum in horoscopo existente, experientiam teste, Scorpionum nidus evadet. Regit ex membris humanis pudenda. *Hieron. Vitalis.* Scorpij sidus in octavâ spherâ, amplitudine suâ duo signa complectitur, Libram videlicet & Scorpionum; unde olim undecim signa Zodiaci enumerabantur, & stellæ in *Libra* existentes, etiamnum *chela seu brachia Scorpij*  
ab

ab aliquibus appellantur. Sic enim ludit nobiscum natura, ut, quæ stellæ ob aliquam connexionem occultam à Scorpione terrestri nomen hauserunt, in unum conglomeratæ efforment sidus omnium maximum, quando is, qui nomen indidit, inter hujus generis animantes invenitur omnium minimus. Continet sub se stellas *Ægino* undeviginti, *Ptolemaeo* 21. & adhuc tres sporades, *Keplero* 28. *Baiero* autem 29. mixtæ naturæ: Nam *chela* sunt de natura Jovis, & Mercurij, & una potissimum Martis. Similiter tres in fronte sunt Martiæ, & Saturninæ. *Antares*, seu *cor Scorpionii*, potissima & violentissima in hoc sidere, cum aliis duabus in corpore, Martem & Jovem referunt. Nebulosa est Martia & Lunaris: reliquæ in flexu caudæ Saturninæ sunt, & Venereæ, præter aculeum, qui est de natura Martis & Mercurij. Unde nil mirum, si ob tantam varietatem, & qualitatum mixtionem dicatur signum fallax, ac ve-

tenosum: mixtio enim qualitatum præ-  
 tertim contrariarum in cælis corruptio-  
 nem humorum infert. Primæ eius par-  
 tes frigidæ sunt, & nives generant; me-  
 dia temperatæ, ultimæ turbulentæ. Pars  
 borealis calida est, australis humida. In-  
 cipit à gradu 27. Scorpii primi mobilis,  
 & extenditur usque ad gradum 26. Sa-  
 gittarij, non computatis in eo chelis,  
 quæ ita ab æquatore premuntur, ut eum  
 sustinere videantur, ipse autem Scorpio  
 pedibus Ophiuchi subditus, extremâ  
 audâ circulum Hyemalem contingit.

*Hieron. Vitalis.*

De Scorpio Poëtæ referunt, fuisse  
 eum pudicitia Dianæ vindicem, cui vim  
 inferre Orion conatus sit, occisus venena-  
 to jctu Scorpij.

Alij hoc nomine octavum Zodiaci si-  
 gnum ideo venire putant, quòd Sole in  
 eodem existente, tempestas varia, pesti-  
 lentésque morbi frequentiores esse so-  
 leant. Jam verò ad Symbolum ejus-  
 dem.

X

Ulti-



*Ultima terrent.*

**S**Corpius animal venenosum  
 caudâ feriens, cui vulnere non  
 præproperum detur remedium  
 certissimâ morte perimit. Ponitur  
 inter signa cælestia Zodiaci, quod  
 Sol ingreditur 13. Calēdas Nover  
 bris. Sumitur etiam pro milita  
 instrumento in similitudinē arcu  
 tæ caudæ Scorpii fabricato: ite  
 pro scutica; sic illa comminatio  
*Pater meus cecidit vos flagellis, et  
 autem vos cadam Scorpionibus.* No  
 bis pro Symbolo erit, prout est  
 animal terrestre. Nam legimus  
 Scorpionem quoque animal esse ma  
 rinum. Ægyptii n. Sacerdotes,  
 vellent per Symbolum exhibere ho  
 stes duos pari conditione & furo  
 in se dimicantes, vicissimque i

dam

damna mutua corruentes, Scorpium marinum & Crocodilum pingebant. Nam ij genuino in se odio flagrantes, simul atque alter alterum inspexerit, in mutua funera sponte rapiuntur, ambóque eâdem dimicatione perimuntur. Item Scorpius terrestris symbolum doli fallaciæque erat. Inde ut cauti redderentur mortales & circumspecti, proverbium natum est: Sub omni lapide Scorpium insidiari. Et poëta canit:

*Scorpius insidias parvâ sub caute  
tetendit.*

Alij per Scorpium expresserunt acerbiter morum: ut, si quis mores haberet acres, & cum nemine convenientes, Scorpius dicebatur.

Dein Scorpius symbolum est voluptatis, aut felicitatis cuiusdam quæ in fine corrumpitur, cuius prima delectant, ultima necant. In hunc sensum Sidonius dixit de fortuna blandiente, mox deserente *Hæc virum ut Scorpius ultimâ sua parte percussit.* Et in hoc sensu nobis pro symbolo Voluptatis erit.

Non minùs malè de Scorpio sentiunt Mathematici; nam dicunt, percussorem & ad invadendum ex insidiis promptum esse futurum, quem Scorpius nascentem exceperit: & Scorpio prodeunte orti, plerumque lascivi ab iisdem Mathematicis dicuntur futuri. Id fortè observans Divus Hieronymus, monet virgines, ad Auitum scribens: *Cavendum, ne arcuato vulnere Scorpii vulnerentur.* Tractat verò Aristot-

stoteles de voluptate diversis in lo-  
 is, ut in *lib. 7. Ethic.* itidem in  
*lib. 9. & in lib. 2. magnorum moral.*  
 a *7. lib.* rationem statim reddit  
 ur de voluptate tractandum: Quia  
 n Philosophia morum explica-  
 i debent, quæ fugienda sunt, quæ-  
 ue expetenda. Fugienda autem  
 unt hæc tria maximè in moribus,  
 itium, incontinentia, & immani-  
 as seu feritas. Expetenda verò ijs  
 opposita tria: virtus scilicet, conti-  
 nentia, & virtus heroica. Ideò  
 de his tractare debet Philosophus  
 moralis.

Voluptas pessimè audit apud  
 plerosque bonos authores. Unde  
 Socrates ait: *Non est miserabilior,*  
*aut demissior servitus, quàm animo*  
*& corpore voluptati servire.* Et  
 habet hoc voluptas, quòd insepa-  
 rabi-

rabiliter tristitia sequatur eandem. Jupiter enim dum Voluptati templum dicitur statuisse, fertur adiunxisse sacellum Tristitiæ, per quod exitus datur.

Voluptates sunt Sirenes, quæ incantant eos, qui non fugiunt, quique vera vestigia virtutum non premunt. Vita humana ab hâc peste inficitur maximè. Mater enim malorum voluptas est, quæ plerumque contaminat præstantissimas dotes naturæ. Voluptas falsa gemma & adulterina, quæ decipit humanos sensus, malum breve, vile, cum bestiis commune, subiectum mille periculis, quod post se trahit semper pœnam & pœnitentiam. Voluptas flamma est, quæ nunquam sine tædioso ardet fumo, momentanea, transiens, quæ extincta

uncta post se relinquit tetrum odo-  
rem, dolorem & conscientiae re-  
orsum. *Magis venenosam pestem,*  
quit Archita Tarentinus, *non*  
*edit natura hominibus, quam vo-*  
*ptatem, & inordinatum amorem.*  
lato vocat escam malorum o-  
nium. Frangi aut dissolvi volu-  
tatibus, aut abripi præcipiti vio-  
lentiâ ad crudelitatem, idem ma-  
lum est. Hæc pestis ubi grassatur,  
omnis Gloria virtutum extingui-  
tur. Bonum Numen cæli ingens  
donum hominibus obtulit, ani-  
mam nimirum rationalem: huic  
dono continuo insidiatur voluptas.  
Hæc enim ubi regnat, in exilium  
mittuntur virtutes, & homo veluti  
piscis ab hamo & arundine volu-  
ptatis pendet: extinguitur, aut  
saltem obfuscatur lux animæ, o-

mne bonum consilium impedi-  
 tur, & mille illicitis implicatur &  
 distrahitur, donec in abyssum o-  
 mnis confusionis præcipitetur. Vo-  
 luptas, inquit Socrates, crudelis  
 tyrannis est, quæ catenis adaman-  
 tinis vincit mancipia sua, & con-  
 stringit in perpetuam servitutem.  
 At qui velut Vlysses obturat aures,  
 ne audiat Sirenes voluptatis, is tu-  
 tò navigat mare huius vitæ, & de-  
 venit ad portum felicem omnium  
 virtutum. In cantu autem sirenum  
 certissimum naufragium. Est Hyæ-  
 na voluptas, quos ad se humanâ  
 voce allicit, occidit, & perimit.  
 Hinc monet adagium: *Procul vo-  
 luptas illa, quam excipit dolor.* Qui se  
 voluptati mancipat, ædificat templū  
 Veneri, huic pomum aureum conse-  
 crat, neglectâ unone & Minervâ  
 per-

erverſo & ſacrilego iudicio præju-  
dicat virtuti & bonis artibus. Et im-  
poſſibile eſt, ut homo magna, alta,  
divina cogitet, qui in barathro aut  
cloacâ voluptatis deliteſcit. Vir-  
tus enim non habet locum in re-  
gno voluptatis; ſed triſtitia in  
confinio huius regni ſemper ha-  
bitat. Sola hæc differentia â Diis  
immortalibus Voluptati & Triſtitia  
data eſt, quòd Voluptas citiſſimis  
equis tranſeat: Triſtitia teſtudineo  
gradu. Voluptas miſerabilis tra-  
gædia eſt, quæ ab initio & in primis  
actibus delectat & adplaudit, in fi-  
ne repræſentat lacrymas, confuſio-  
nes, dolores, deſperationes. Hæc  
iudicia ſunt de voluptate. Nunc  
Ethicè ſpectemus eius naturam, &  
indolem.

Advertendum verò eſt, quòd

K 5

vita



vita humana non possit esse sine  
 omni voluptate. Itaque alia vo-  
 luptas est necessaria, sine quâ vita  
 humana conservari non potest, ut  
 cibi & potûs satietas, quæ Aristo-  
 teli dicuntur communes & natura-  
 les voluptates. Non necessariæ,  
 aut ut Aristoteles loquitur, propriæ  
 & accersitæ voluptates, ut hic vel  
 ille cibus, aut hic vel ille potus,  
 quæ voluptates possunt castigari  
 per educationem.

Superiùs dictum, quòd in vita  
 morali tria fugere debeamus, ad  
 quæ reducuntur omnes errores mo-  
 rales. Hæc autem sunt malitia si-  
 ve vitium, incontinentia, feritas sive  
 bestialitas. Bonitas autem moralis,  
 videtur requirere quatuor. Primò  
 exigit rationem practicam, in quâ  
 est prudentia, sine quâ nulla est vir-  
 tus

us moralis. Secundo exigit electionem, (quæ est præmeditata appetitio eorum, quæ sunt in nostrâ potestate, aut per nos fieri possunt. *Arist. l. 3. Eth. c. 3.*) quia magis æstimamus mores bonos ex electione, quàm operatione. Tertiò exigit rectitudinem rationis & electionis; oportet enim rationem esse veram, & appetitum rectum. Quarto exigit operationem conformem rationi rectæ & electioni. Hinc infirmus v. g. etsi audiat consilium medici, non aurem exequatur, non sanatur; itaque electio recta & ratio recta non sufficit, nisi sequatur etiam operatio recta secundum rationem & electionem. Omnis igitur error, qui potest contingere circa mores, vel est ex carentiâ rationis & electio-

nis, & sic est bestialis seu ferinus. Bestialis enim homo nec rationem habet, nec electionem de eo quod operatur, sed fertur suâ imaginatione & impetu, effrænataque passione ut bestia. Vel est ex carentiâ rectæ rationis, & rectæ electiōis, & dicitur malitia. Malitia enim pervertit judiciū. Vel est carentia rectæ operationis conformis rationi rectæ & electioni, & sic est incontinentia. Incontingens autem rectè judicat de agendis, & rectè eligit, sed passione agitur non benè operatur. Tribus erroribus opponuntur tria bona: Nimirū virtus, quæ opponitur malitiæ sive vitio. Secundò continentia, quæ opponitur incontinentiæ. Tertiò est virtus heroica quasi divina, eò quòd excedat communem modum virtutum humana-

manarum, & opponitur bestialitati. Per virtutem heroicam homines quasi fiunt divini; sic apud Latinos consuetum erat appellare viros divinos, quando videbant aliquos excellere in virtute supra communem hominum morem. Bestiales autem homines fiunt ex conversatione inter barbaros, apud quos non sunt bonæ disciplinæ in moralibus, & eruditiones primæ ætatis: verum videmus populos illiteratos, montanos, sylvestres pro majori parte feraliter vivere, Dein bestiales homines fiunt immanes, truces, & ferini, ex augmento coercervato malitiæ; ita latrones prorsus exuunt hominum rationem, & veluti bestia invadunt obvios.

Suppositis his, facilis conjectura est, quæ voluptates sint bestiales.

Unde homo degenerat in belluam, cum scilicet præter rectam rationem & electionem fiunt, & supra modum.

Habuit olim suos patronos voluptas; inter hos erant, qui voluptatem non tantum bonam dixere, sed summum bonum. Contra quos Plato argumentatur, quod multæ reperiantur malæ & noxiæ voluptates corporis & animæ, quæ nos à rebus optimis avertunt, ut inordinatæ cibi & potûs ac Veneris voluptates, quæ sicut corrumpunt corpus & animam, ita bonæ esse non possunt, nedum summum bonum. Tales enim prosequentes voluptates, maximè tenebras & noctes, ac latibula quærunt, & de his erubescunt, vel quia ridiculæ sunt, vel obscenæ, & diurni luminis indignæ

gnæ conspectu. Porro inquit Pla-  
to, qui tales belluinas voluptates  
sequuntur, ut immundissima bruta  
relinquendi sunt.

Ad majorem intelligentiam &  
notitiam voluptatum, sciendum  
est, quòd voluptas dividatur in vo-  
luptatem animi, & voluptatem cor-  
poris. Voluptatem animi ut ma-  
lam non esse damnandam, sed eam  
extra dubium in censu bonorum  
numerandam, constat. Hæc  
enim honestas actiones sequitur, &  
actionum virtuosarum inseparabi-  
lis comes est, ac summo bono ne-  
cessariò conjungitur. Accedit, quòd  
voluptas animi actionem honestam  
promovet; quò enim major volu-  
ptas ex actione oritur, eò alacriùs  
illa à nobis perficitur. Cùm igitur  
bonam actionem voluptas illa in-  
ten-

tendat & augeat, non potest ut mala damnari.

Verùm neque omnes voluptates corporis in numero malorum censendæ sunt, licet frequenter circa illas error contingat: Quia temperantia, quæ virtus est, illas regit & inoderatur. Præterea quædam voluptates corporis ad conservationem individuorum, & speciei necessariæ sunt.

Animi voluptates longè præstantiores sunt voluptatibus corporis: Primò, quia sunt in nobiliori subiecto, nimirum in animâ rationali. Secundò, quia oriuntur ex nobilioribus actionibus. Tertiò, quia sinceriores sunt, minúsque perturbationibus & defatigationibus obnoxia. Sunt verò tot voluptates corporis, quot sunt sensus, quilibet enim

enim sensus ex sua operatione voluptatem capere potest. Recensentur autem à Philosopho 5. exteriores sensus: visus, auditus, odoratus, gustus, tactus. Posteriores duo sensus, gustus & tactus, peculiari ratione corporeæ voluptates dicuntur, quia plus afficiunt corpus. Dixi, quæ in corpore sunt voluptates; esse circa operationes sensitivas, siue sensuum, ut delectari visione pulchri floris, auditione soni suavis, delectari comestione cibi bene conditi, potione vini malvatici &c. & hæc voluptas consistit in natura sensitiva. Voluptates animi sunt circa operationes virtutum moralium ac intellectualium: ut, delectatur fortis defensione patriæ, justus operibus Justitiæ, prudens in providendo, recteque consulendo; delecta-



lectatur artifex suâ statuâ, delectatur sciens in consideratione sui objecti.

Voluptates, quæ circa visum, auditum, & odoratum percipiuntur, plerumque sunt innoxia: reliqui duo sensus ordinantur ad nutritivam & generativam operationem, primus quidem ut conservetur individuum, alter ut species; nec voluptates illæ malæ sunt, si propter bonum finem fiant, & sint moderatæ. Et hoc modo se habent voluptates animi, & corporis. Atamen ab hominibus communiter admodum avidè appetuntur voluptates corporis, & quod dolendum, avidiùs quàm voluptates animi. Hujus rei rationes sunt istæ, quia pellunt dolores corporis, cujus medelæ sunt: ita qui fame premi-

tur

ir aut siti, dolore afficitur, at ex ci-  
& potûs assumptione voluptate  
erfunditur, quia dolorem sitis &  
imis mitigat & tollit; dolorem au-  
em naturaliter omnes fugiunt. De-  
nde voluptates corporis magis  
ensus feriunt, quàm volupta-  
es animi; quare cum primâ æta-  
e ante rationis usum volupta-  
es animi ignorantes, sensuum du-  
ctum secuti sumus, qui tam altas  
radices in nobis egerunt, ut post-  
modum difficiliùs rectè de volu-  
ptatibus animi judicemus. Excon-  
trario verò, qui semel voluptates  
animi rectè degustârunt, ut fit in  
contemplatione boni seu veri, in  
possessione scientiarum, illi minùs  
curant voluptates corporis. Sic vi-  
deas quam plurimos, ob amo-  
rem

rem scientiarum, & disciplinarum, ut voluptatibus animi magis vacare queant, cælibatum eligere.

Demum notandum, quòd temperantia, licet sit virtus, quæ in voluptatibus moderandis occupatur, tamen locum non habeat in voluptatibus animi, eoque nemo censeat harum nimium studiosos intemperantes esse. Vix etiam in tribus prioribus sensibus corporis temperantia occupatur, est enim voluptas corporis nil aliud, quam suavitas quædam sensûs. Primus sensus oculorum est, & voluptates ex eo percipimus non solùm intuentes aëstrorum splendorem, cælum serenum, varietatem luminum, latè patentis aëris flexus; verùm etiam pictas tabulas, statuas, & signa elegantè elaborata: oculos enim atque

que animum pictura pascit, & qui  
his voluptatibus capiuntur, nec  
temperantes nec intemperantes per  
se dicuntur, sic nec ex auditione  
cantionum musicæ, aut fabularum,  
aliquis propriè intemperans dicitur.  
Nec in iis etiam, quæ ex odoratu  
capiuntur: ut, cum rosarum,  
malorum punicorum odore, suffu-  
migationibus delectamur. Nemo  
enim propter voluptates ex visu, au-  
ditu, odoratu propriè & per se in-  
temperans dici potest, sed tantum  
per accidens. At verò ad gustum  
& tactum pertinet virtus temperan-  
tiæ, ut moderetur: & hi duo sen-  
sus propriè & per se objiciuntur  
temperantiæ & ejus extremis. Et  
tactus quidem plus quàm gustus,  
quia tactus per totum corpus dif-  
funditur, gustus in lingua, palato, &  
gut-

guttore summo tantum. Sic Phineas  
 xenis votum à Temperantia deb  
 isset castigari: qui epularum vo  
 ptate ductus, optabat sibi collu  
 dari longius quàm sit gruis, & triu  
 cubitorum, quo diutiùs volupta  
 frueretur.

Homo autem temperans in u  
 voluptatum servat semper modum  
 & decorum: improbus verò vol  
 ptuatur in vagis libidinibus, in st  
 pris, & aliis luxuriæ instrumentis.  
 Temperans in expetendis & fruen  
 dis voluptatibus semper rationem  
 habet famæ & existimationis suæ  
 ne quid voluptatum causâ faciat  
 quod nomen & existimationem  
 lædat: unde ne voluptatibus qu  
 dem honestis & licitis quovis loc  
 & tempore indulget. Intemperans  
 neglectâ famâ & existimatione,

ne verecundiâ, nec loci, temporis,  
nec aliarum circumstantiarum ra-  
tione habitâ, voluptatibus penitus  
immergitur. Temperans virium  
corporis & valetudinis rationem  
habet in usu voluptatum, & tan-  
tum cibi & potionis adhibet, ut re-  
ficiantur vires, non opprimantur.  
Intemperans ita abutitur voluptati-  
bus, ut in iis pereat. Unde rectè Ci-  
cero ait pro M. Cælio: *Vitium gut-  
turis & ventris non modo minuit æ-  
tatem hominibus, sed etiam aufert;  
plures enim occidit gula, quàm gladi-  
us.* Temperans ferinè semper ver-  
satur in illis voluptatibus, quæ aut  
ingenium foveant, augentque, aut  
quæ valetudinem, virésque tuen-  
tur, ut sunt disciplinarum studia,  
usitati cibi & potiones, ambula-  
tiones, exercitationes, honestæ re-  
crea-

creationes cum bono modo & decore. Temperantis actiones sequitur gaudium: intemperantis actiones sequitur cordolium, egestas, infamia, dedecus. Quare monebat Poëta:

*Sperne voluptates, nocet empti dolore voluptas.*

In hanc rem quoque Plinius: *Plurimum negotii humano generi alvus exhibet, cujus causâ major pars mortalium vivit; nunc enim alvus cibos non transmittit, nunc non continet, nunc non conficit, eoque mores venerunt, ut homo maximè cibo pereat.*

*Quidquid avium volitat, quidquid piscium natat, quidquid ferarum discurret, nostris sepelietur ventribus: & ideò subito morimur, quia mortuis vivimus.* Hæc Plinius. Inter voluptuarios & comedones recensendus

dus est Geta imperator, qui in men-  
 sa sibi apponi jubebat dapes per Al-  
 phabetum, incipiendo à litera A. vi-  
 delicet anserem, anatem, aprum.  
 Aut inchoando mensam à litera P.  
 ut pullum, pavonem, perdicem,  
 porcellum, piscem, pernam, &c.  
 Incertè literatus Imperator, etiam vo-  
 cando. Maximinus imperator tri-  
 ginta libras carniū solus comede-  
 bat. Parum hoc. Clodius Albinus  
 imperator quingentas fici passari-  
 as jejunos comedit, dein centum fi-  
 cedulas, ostrea quadringenta, Melo-  
 nes decem, centum persica, in unâ  
 cenâ. Et tamen *voluptas gutturis,*  
 inquit D. Bernardus, *quæ tanti emi-*  
*ur, vix duorum latitudinem obti-*  
*net digitorum, hæc tamen tantilla vo-*  
*rago quantum absorbet?* In Aurelia-  
 ni Imperatoris mensâ comedo qui-  
 dam



dam aprum integrum, centum panes, vervecem, & porcellum comedit. Tanta est gutturis voluptas. In voluptate Veneris multa tragica: quia maximè amoris crimina asylo carent, cujus infausta semper est voluptas, nisi in legitimo thoro. Quænam extra thorum justum voluptas felix fuit? aut non misera? quæ non festinâ pœnitidine se damnavit, sæpe ante experimentum sui? quam non punit aut præcox pudor, aut serus dolor? Clinias meritò vocavit amorem *multilacrymem*: nam multislacrymis amor erit, cujus voluptas est tragœdia. Quid enim in voluptate occurfat, nisi expectatio anxia, usus infamis, extrema feralia, tragica omnia. Voluptatis blandimentum, stratagemma calamitatis est. Audi Poëtam:

*Non*

*Non tantum Lybica Syrtes, vel te-  
sta nefandi*

*Antiphata, vel Scylla vorax, vel  
seva charybdis,*

*Vel quodcunque aliud: quantum est  
fugienda voluptas.*

*Eheu! quas infert mortalibus ipsa  
ruinas!*

Ita est. Mentem decoquit, ut jam  
nec sui juris, nec mentis sit: at sine  
mente hominem brutum esse co-  
gita. Sicut æquè mortuus est, qui  
aureâ conditur tumbâ, ac qui vul-  
turum sepelitur ventribus: ita per-  
inde infælix est, qui voluptatibus  
mersus, usu mentis privatur, ac qui  
sobrius insanit. Voluptas similis  
serpenti, cujus caput breve, syrma  
longum, id est longus luctus. Vo-  
luptas facinorum metropolis, cala-  
mitatum conciliatrix. Hinc Isido-

*ius: Innumeros cruciatus conciliant voluptates corporis, & hospitio excipiunt. Gravius invehitur Petrus Blesensis, qui inquit: Voluptas magistra est nocendi, primipilaria iniquitatis, auriga malitiae, ficaria virtutum, seditionis origo, fovea scandalorum.*

Quare Aristoteles cupiditatem voluptatis subjicit rationis imperio, & cupiditatem puero comparat, rationem paedagogo. Nam ut pueri voluptatibus omnibus temerè se se addicunt, nihil spectantes, utrum honestæ sint & utiles, an turpes & noxiæ: ita intemperantes, quibusvis voluptatibus sine judicio & delectu indulgent, nullâ habitâ ratione honestatis & decori. Et ut pueri, si suo arbitrio permittantur, nimium exultant & pruriunt: ita intem-

pe-

perans, nisi ratione coërceatur, longius evagatur, & appetitum secutus, pravi aut recti, turpis aut honesti rationem nullam habet. Ideò comparat Aristoteles rationem cum pædago, puerum cum cupiditate. Ut enim puer ex præscripto pædagi vivere debet, quia ob ætatis imbecillitatem nondum rationis usum habet: sic ea pars animæ, quæ cupiditatum sedes est, quia ratione ipsa caret, parti rationem habenti parere debet. Ut puer, licet rationis usum nondum habeat, idoneus tamen est qui pædagi præscriptis obtemperet: ita cupiditas, quamvis ratione caret, apta tamen est rationi parere. Puer proclivis ad mala, castigandus est: cupiditas prona ad turpia, refrænanda. Iterùm poëta monet:

*Post hæc illecebras omnes fuge cor-  
poris, atque*

*Fræna voluptati durissima pone,  
voluptas*

*Improba perniciem ingentem mor-  
talibus affert.*

In specie enumerat damna idem  
poëta :

*Nulla voluptate est res perniciosior,  
aufert*

*Consilium, mentemque premit:  
virtutibus obstat,*

*Corrumpit mores, vitiorum maxi-  
ma nutrix,*

*Debilitat corpus, sensus obtundit,  
amaro*

*Fine nocens homini multorum cau-  
sa malorum est.*

Nota istud (*amaro fine nocens.*) Hic  
noster Scorpius est, cujus ultima  
terrent, ultima veneno imbuta sunt.

Fu-

Fuge tu, quisquis es, qui ad magna  
eluctari cupis, & fieri magnus; fu-  
ge inquam Scorpium, voluptatem  
fœdam omninò & illicitam: lici-  
tam cum decore nemo prudens  
prohibet, in naturæ necessitatem, &  
solatium. Et hæc de Scorpio, vo-  
luptate infami, cuius *ultima*  
*terrent.*



# IX. ARCITENENS, SIVE SAGITTARIUS.

‡.

*Quidquid agis, prudenter  
agas, & respice finem.*

**S**AGITTARIUS, Phyllirides, Chiron, è duodecim Signis Zodiaci nonum in ordine, domus Jovis, & ejusdem ac Solis Trigonum: est signum igneum, commune, in prima sui medietate humanum, in reliqua ferinum. Spectat ad occasum, & figuratur Centauri corpore, veluti sagittas emittens, incipiens à pedibus usq; ad humeros. Collocatur ita in hyemali circulo, ut caput ejus solum extra eum circulum apparere videatur: cujus arcus lacteo circulo medius dividitur. Ante pedes ejus est corona quædam stellis efficta. Hic præceps occidit, exoriturque directus. Ejus asterismus in octava sphæ-

Quidquid agis, prudenter agas  
et respice finem.





310  
...a unquam a  
...mobilis, & e  
...8. Conco  
...2. lecu  
...Kephram  
...olam in fi  
...considerata  
...frigida, &  
...posteriores  
...lis ventosa  
...Hieron. M  
...carus, fidu  
...poris num  
...det. Cze  
...motes, &  
...Et corpo  
...fos, mag  
...bus, & n  
...quoque h  
...moderati  
...tenori p  
...iuxta u  
...mores.  
...tes, duc

a incipit à gradu 26. Sagittarii prim<sup>i</sup>  
 nobilis, & extenditur usque ad gradum  
 8. Capricorni. Habet intra se stellas  
 2. secundum *Ptolemaeum*, at juxta  
*Keplerum* 34. quas inter unam nebu-  
 losam in fronte, maximè ab Astronomis  
 consideratam. Priores ejus partes sunt  
 frigidae, & humidae, mediae ventosae,  
 posteriores calidae, & siccae. Pars Borea-  
 is ventosa: Australis varia, & humida.  
*Hieron. Vitalis, & Munsterus.* Sagit-  
 tarius, sidus insigne & magnificum, è cor-  
 poris humani membris femoribus præsi-  
 det. Cæterum designat cordatos, inge-  
 niosos, & omnium rerum scientes, animi  
 & corporis robore præstantes, laborio-  
 sos, magnanimos, bellis, navigationi-  
 bus, & rebus duris exercitos. Generosi  
 quoque sunt, liberales, justi, benefici,  
 moderati, misericordes, maximè ex an-  
 teriori parte syderis. Nam pars equo-  
 mixta in deteriores quoque degenerat  
 mores. Inde equorum domitores, mili-  
 tes, duces, victoriis & laureis haud igno-

biles. Non alio ascendente (ut ajunt) Joannes Austriacus ad Naupactum Ottomanorum Lunas Christiano Soli subjecit, ingenti classe debellatâ. *Nic. Casin.* Benè *Manilius* ad vim constellationis allusit:

*Et nervos tribuit membris, & acumi-  
na cordi,*

*Et celeres motus, nec de lassabile pe-  
ctus,*

*Pectora clara dabit bello, magnisque  
trophæis*

*Conspicuum, patrias victorem ducet  
ad urbes.*

Poëtarum fictio hæc est. Chiron Centaurus Saturni & Phyliræ filius, dimidiâ sui parte equus, reliquâ homo, ubi primum adolevit, in silvas sese contulit, ibique herbarum vires edoctus in præstantissimum medicum evasit, à quo Æsculapius medicinam, & Hercules Astronomiam dicuntur accepisse. Postremò cum Herculem hospitio suscepisset, armâque ejus contrectâset, evenit, ut sagitta quædam

dam hydræ Lernææ veneno imbuta illi  
 in pedes decideret. Quod malum quum  
 nulla ope sanari posset, dirissimis crucia-  
 tibus conficiebatur; mori tamen non  
 potuit, quòd utroque parente immortalì  
 natus esset. Tandem, quum à Superis  
 impetrâsset, ut immortalitatem morte  
 sibi liceret commutare, in cœlum trans-  
 latus est, ubi Sagittarii signum. Nunc  
 Symbolum breviter considerabimus.

*Quidquid agis, prudenter agas,  
 & respice finem.*

**F**Inis cognitio, inquit Aristoteles  
*lib. 1. moral. c. 2.* magnum etiam  
 ad vitam degendam habet mo-  
 mentum: & signo aliquo nobis  
 tanquam Sagittariis proposito id,  
 quod expetere nos oportet, faciliùs  
 consequemur. Ita enim colliman-  
 dum nobis omnibus est ad metam,  
 & ad scopum, ut hunc intuentes,

actiones nostras dirigamus, cujus amore capti, labores fortiùs perferamus, & ad eum contendamus alacriùs. Unde licet finem postremo loco assequamur, oportet tamen illum omnium primum utcunque cognoscere. Solus autem homo propter finem agit. Hoc enim ab animantibus rationis expertibus differimus, quòd nullum illa suarum actionum finem ultimum sibi proponunt, sed ad id solum, quod præsens est, naturæ quodam impetu feruntur: homines autem quidquid agimus, cùm finis alicujus causâ id agimus, tum maximè ad extremum quiddam idque optimum cogitationes omnes actionésque dirigimus. Siquidem hoc proprium rationis, quâ soli homines præditi sunt, ut finem aliquem suarum  
actio-

actionum expetant. Huiusmodi  
verò finis naturâ suâ bonus est,  
quoniam omnes cupiditate boni  
alliciuntur, nemóque adeo ratio-  
nis expers invenietur, qui quod  
apertè malum esse videat, expeten-  
dum ducat, nisi boni spe seductus.  
Hæc igitur causa est, cur de fine  
acturi, Sagittarij cælestis Symbo-  
lum præfixerimus, cùm ipse Ari-  
stoteles ab hoc exemplo finem ex-  
plicare incipiat. Quàm necessa-  
ria verò sit finis cognitio Ethico ac  
Politico, docet Cicero lib. 5. de  
Finibus: *Facit, inquit, Lucius no-  
ster prudenter, qui audire de summo  
bono potissimum velit: hoc enim con-  
stituto in Philosophiâ (intellige mo-  
rali) constituta sunt omnia. Nam  
ceteris in rebus sive prætermissum,  
sive ignoratum est quippiam, non*

plus incommodi est, quàm quanti qua-  
 que earum rerum est, in quibus ne-  
 glectum est aliquid. Summum au-  
 tem bonum si ignoretur, vivendi ra-  
 tionem ignorari necesse est. Ex quo  
 tantus error consequitur, ut quem  
 in portum se recipiant, scire non pos-  
 sint. Cognitis autem rerum finibus,  
 cum intelligitur quid sit & bonorum  
 extremum, & malorum, inventa  
 vitæ via est, confirmatioque omnium  
 officiorum. In eundem ferè sen-  
 sum Seneca ep. 95. Proponamus,  
 inquit, oportet finem summi boni, ad  
 quem nitamur, ad quem omne fa-  
 ctum nostrum dictumque respiciat;  
 veluti navigantibus ad aliquod sidus  
 dirigendus est cursus. Rectè: di-  
 rigendus est cursus ad summum  
 bonum, huc respiciendum.

Nam

Nam omnes hoc saltem non ignorant, summum bonum id esse, cuius gratiâ reliqua omnia fiunt, ipsum autem nullâ aliâ de causâ, idémque optimum ac perfectissimum quiddam, quod sibi ipsi sufficiat, quódque sit propter se solum expetendum. Et hoc ipsum bonum est Beatitudo, seu perpetua bonorum omnium affluentia.

Unde hæc ubertas & affluentia? â DEO, & in DEO. Nam summum hominis bonum, ut Christianè definiamus, Est perpetua quædam & constans cernendi DEI fruendique voluptas, quæ se ipsâ contenta, nullis eget rebus externis, quæ nulla sollicitudine aut metu calamitatis affligitur, sed hoc ipsū quod est, præsens est & stabile, permanensque semper bonum. At nunquid



quid hæc contingere possunt in vita? neutiquam,

-- -- -- *Est scilicet ultima semper  
Expectanda dies homini, dicique  
beatus*

*Ante obitum nemo, supremâque funera debet.*

Post mortem igitur, & in alterâ vitâ in solo DEI intuitu nostra fælicitas est collocanda. Nam vita hæc temporanea calamitatibus, infortuniis, corporis & animi morbis, mutationibus perpetuis obnoxia est. Nemôque vixit tam fælix unquam, qui saltem minimas circa se mutationes senserit. Summum autem bonum nullas vel minimas mutationes admittit. Sed demus quosdam fortunatos & felices in hâc vitâ, ut nobis videntur, an huius fælicitatis firmitas?

Poly-

Polycrates Rex Samiorum, ut recenset Lipsius in *monitis Politicis lib. 1. c. 5. mon. 2. n. 2.* non fortunati, sed Fortunæ nomen aut numen videbatur. Nihil ei in vita adversum: ante vota, supra vota, omnia aderant: id est, priusquam vellet, & plus quam vellet. Cælum, terra, mare favebant, aut serviebant: & res in exemplo raro eluxit. Anulum in mare abiecit, quasi Nemese placandæ. Quid sit in pisce mox inventum recepit. An in finem continuata hæc felicitas & minimè. In cruce alta suspensus à Satrapâ Darii infelicissimè Polycrates finiit. Ex quo constat, neminem in hâc vitâ posse dici verè felicem aut beatum, quantumvis omnibus affluat vita commo-  
dita-

ditatibus, cum facili infortunio ex  
divite pauper, ex sano æger, ex  
honorato despectus quis fieri possit,  
& sic ultima distare à primis,

Advertendum, quòd inter fines  
intermedios alius altero sit nobi-  
lior: finis autem ultimus omniũ no-  
bilissimus est, ac optimus. Fines  
intermedios vocamus, qui ulte-  
riùs referuntur. Sic Imperatoriæ  
artis in bello finis est victoria. Ad  
hunc finem referuntur alii multi,  
eique inserviunt, ut ars, quæ fræ-  
nos facit, quæ ephippia, quæ cal-  
caria, quæ tela, quæ tentoria, quæ  
machinas, quæ artes cum suis  
finibus referuntur ad Impera-  
toriam, cuius finis est victoria. No-  
tandum insuper, quòd finis, eo  
ipso quia est finis, est bonum quod-  
dam, & ulterior finis est maius  
bo-

bonum, & omnium ultimus finis  
est summum sive maximum bo-  
num. Ultimus verò finis est, qui  
propter se expetitur, & alia omnia  
propter ipsum. Ultimatum dici-  
mus, ultra quod non licet progredi,  
sed in quo oportet consistere.  
Nam si non esset talis ultimus finis  
aut terminus, in quo consistendum,  
appetitus humanus frustraretur, &  
sine fine progredieretur, nec quid-  
quam haberet, in quo acquiesce-  
ret.

Posito & proposito nunc ultimo  
fine, in hunc tanquam summum  
bonum omni animo propendere  
debemus, atque omnibus actioni-  
bus contendere, ad illum acqui-  
rendum. Nam ut Sagittarii sig-  
num intuentes certius collimant:  
ita nos ultimum tanquam scopum

&amp;

& propositum præmium spectantes, alacrius ad illum festinabimus, & quod nostri est officii facilius faciemus.

Verùm de felicitate, & summo hominis bono, tanquam ultimo fine, plura diximus in *Instit.*

*Ethic. lib. I.*



*Pascor in altis*



*[Faint, illegible text at the top of the page]*



X. CA



...us sum  
...onellatio  
...tu 28, Cap  
...extendit  
...as habet  
...coda ter  
...vis & Sat  
& Mercu  
...sunt, an  
...ultimz p  
Caper  
...od anim  
...git, &  
...na & So

X. CAPRICOR-  
NUS. ♄.

*Pascor in altis.*



APRICORNUS si-  
gnum caeleste decimum ab  
Ariete, mobile, terreum,  
siccum & frigidum, do-  
minus Saturni, & exaltatio Martis. Eius  
constellatio in octavo orbe incipit à gra-  
du 28. Capricorni primi mobilis, atque  
extenditur usq; ad gr. 21. Aquarii. Stel-  
las habet 28. quarum præcipuæ duæ in  
audâ tertiæ magnitudinis de natura Jo-  
vis & Saturni, reliquæ de natura Martis  
& Mercurii. Primæ eius partes calidæ  
sunt, atque noxiæ; mediæ temperatæ;  
ultimæ pluviosæ. Dicitur autem ideò  
Caper, seu Capricornus, quia sicut il-  
lud animal ad frondes & arbores se eri-  
git, & pascendo semper altum petit:  
ita & Sol in eius introitu incipit elevari,  
pau-



paulatimque sese nobis erigere, & a  
 tiora petere. Unde etiam dicitur Tre-  
 picum & Solstitiale. Sortitur è mem-  
 bris corporis humani Genua: qui qu-  
 sub ea nascuntur, faciem habent oblon-  
 gam, mento acuto, capillis asperis. Si-  
 gnat etiam ingenia abstrusa, & sæpè gran-  
 dia. Inde occultarum rerum indagato-  
 res curiosi, arcanarum religionum ex-  
 ploratores, & naturæ conscij, qui in e-  
 ruendis terræ visceribus impigram col-  
 locent operam. Inde etiam agricultu-  
 ræ dediti, inde itinerum Studiosi, & va-  
 riarum scrutatores Regionum: laborio-  
 si fermè sunt, seduli, vigilantes, rebus  
 domesticis intenti, & nisi à beneficis  
 planetis illustrentur, tristes, ærumnosi,  
 superstitiosi; Corpora firma & robusta,  
 bello, navigationibus, & rerum arduis  
 apta. *Hieron. Vitalis, & Caspinus.*

De origine huius asterismi inter alia  
 & hæc traduntur. Congregatis ali-  
 quando in Ægypto quamplurimis Diis,  
 repente se sistit iisdem Typho, Gigas  
 fero-

rocissimus, & Diis maximè infensus; in præsentia territi Dii, in varias figuras metamutârunt. Et in primis Pan, in fluvium se se subito proiciens, prioris sui parte ut capra, posteriori ut piscis apparuit. Superato verò periculo, Jupiter, insolitam figuram miratus, eius ei memoriam in cælo servandam censuit.

*Egid. Stranchius. De eo Symbolum:*

*Pascor in altis.*

**M**agni animi signum est, semper alta exposcere, & in magnis velle versari negotiis, ac magna perficere. Quæ actiones à duabus proficiscuntur virtutibus, à Magnificencia scilicet & Magnanimitate. De his acturi, Symbolum posuimus Caprum; pascitur enim hic in montibus altis, imò ab arboribus pabula sumit, dum  
prio-

prioribus assurgens pedibus, rami  
 se admovet. Sed etiam alia huius  
 Symboli causa: vocatur enim al-  
 tera Solis porta hoc sydus, quod  
 interpreto illis, qui sub hoc sidere  
 nascuntur, honorum januas & por-  
 tas dignitatum maximè patère.  
 Unde Cancer putabatur hominum  
 porta, Capricornus Deorum: quòd  
 per Capricornum homines ascen-  
 dant ad immortalitatem. Hunc  
 Augustus habuit horoscopantem,  
 quod hieroglyphicum futuri hono-  
 ris fuit. Nam cum Theogenes Ma-  
 thematicus, ad quem in secessu A-  
 polloniæ, unà cum Agrippa comi-  
 te, Augustus accesserat, genituram  
 eius inspexisset, exiliis etque & a-  
 dorasset eum; *Tantam mox fidu-  
 ciam fati* ( ut Suetonius scribit )  
*Augustus habuit, thema suum vul-  
 gave-*

gaverit, nummósque argenteos notâ  
sideris Capricorni, quo natus est,  
percusserit. Hinc Poëta in laudem  
Augusti de Capricorno canit:

*Hic Auguste tuum genitali corpo-  
re Numen*

*Attonitas inter gentes, patriam-  
que paventem*

*In calum tulit, & maternis intui-  
lit astris.*

Quare Mathematicorum & Ge-  
methliacorum sententia est, eos  
qui sub Capricorno nascuntur, fe-  
lices futuros & magnos, qualiter  
Augusto Imperium totius orbis hoc  
sidus portendit. Nobis sit Magni-  
ficentiæ & Magnanimitatis Sym-  
bolum. Describitur autem Ma-  
gnanimitas, amplitudo quædam  
animi ad magnas res gerendas ap-  
ta. Quæ cum in rebus arduis,

M

tan-

tanquã in suo subjecto aut theatro  
cernatur, ab animo excelso, &  
humana contemnente proficiscitur.  
Vti caper per avia & in via  
montium, perque difficillimas se-  
mitas pabulum quærit: sic ma-  
gnanimus pascitur in altis, & in ar-  
duis defudat. Et idem est ma-  
gnanimus, ac qui magno prædi-  
tus est animo. Sicut autem Ma-  
gnificencia versatur circa magnos  
sumptus pecuniarum, sic magna-  
nimitas circa honores magnos.  
Nam, ut inquit Aristoteles, *magno  
animo habendus videtur is, qui ma-  
gna se mereri existimat, idque suo  
merito; qui enim præter meritum ac  
dignitatem id facit, stolidus est.* Ut  
verò Aristoteles distinctionem fa-  
ciat inter modestiam, & Magnani-  
mitatem, id per similitudinem ex-  
plicat

splicat, cum inquit: *Qui enim se  
 ipsum, cum parvis rebus & honori-  
 bus dignus sit, parvis quoque di-  
 gnum judicat, hic modestus haben-  
 dus est, non magnanimus; animi  
 enim magnitudo in magnitudine sita  
 est, quemadmodum & in magno cor-  
 pore pulchritudo. Brevis autem sta-  
 tura homines, venusti & lepidi sunt  
 quidem illi, aptaque membrorum  
 convenientia & proportione præditi,  
 sed pulchri non item. Hæc Aristo-  
 oteles *Ethicorum lib. 4. c. 3.* Ex quo  
 nitidem colligere licet, occupari  
 magnanimum circa honores: quia  
 honor inter externa bona maxi-  
 mum bonum, & quia scit se dignum  
 ob virtutem, honoribus maximis  
 inhiat, & hos honores tanquam  
 proprios & sibi debitos exposcit,  
 nec multum lætatur, si offerantur,*

quia scit illos sibi deberi, ac esse proportionatos factis magnanimis. Rumusculos vulgi, aut etiam honores à vulgo oblatos, & ob parva, prorsus contemnit magnanimus, uti etiam ignominiam. Sicut molossi catulorum latratus despicunt, magnitudine ipsâ tuti. Habet hoc magnanimus, quòd per ipsos honores intendat animum, *laudatâque virtus crescit, & gloria animos mentemque perurit, & fax est mentis honesta;* quin, quod Cicero ait, *præclara sunt illa ingenia, quæ gloriâ excitantur.* Dixi, *rumusculos vulgi non curare magnanimum;* quid enim turpius, sapientis vitam ex insipientium sermone pendere? *Magnarum virium est,* inquit Seneca, *negligere ledentem.*

Licet

Licet autem honor sit primarium magnanimitatis objectum, reliquorum tamen curam non negligit magnanimus; sed potius, cum ipse optimus sit, rectè & moderatè in divitiis, potestatibus, prosperâ & adversâ fortunâ, in omni denique eventu ita se gerit, ut neque in rebus prosperis lætitiâ attollatur, neque in adversis tristitiâ prematur. Hic notandum, quòd honores, qui extrinsecus exhibentur, non sint finis magnanimi: quia si hoc esset, virtus hæc ex aliorum arbitrio dependeret, & magnanimus multis obnoxius foret mutationibus, qui pro diversa hominum opinione modò laudatur, modò vituperatur. Quia igitur finem ac scopum habet magnanimus, non ut honoretur, ita enim penes alios esset, sed



sed ut dignum se præstet, qui à probis viris honoretur, & huius præstantiæ & dignitatis sibi ipse sit conscius; si honore afficiatur, libenter eum admittat, ac lætetur; sin minus, in conscientia dignitatis suæ acquiescat, fatisque eam esse existimet.

Huius virtutis extrema sunt, in *exsuperantiâ* animi elatio, fastus, arrogantia, inanis & ventosa ambitio, ubi quis jure an injuriâ magnis honoribus inhiat, præsertim sine meritis & virtutibus; supponit enim Magnanimitas virtutem, & virum bonum. In *defectu* vocatur Pusillanimitas, sive animi dejectio, cum quis honores sibi debitos neq; expetit, neq; agnoscit. Hoc vitio laborantes se ipsos ignorant, neque agnoscunt sibi collata DEI mune-

ra. Non profunt aliis, ut oportet, sed talentum suum sepeliunt, abstinentes ut indigni ab honestis actionibus & studiis. Reddunt se magis magisque segnes & inutiles ad res egregiè gerendas, quas possent præstare. Concitant de se malam opinionem apud alios, quasi conscii sibi sint alicuius facinoris, propter quod non audeant honores & munera suscipere.

Quæritur hic, utrum bona fortunæ, v. g. divitiæ, aliquid conferant magnanimo, ut exinde magis honoretur? & conferre omninò aliquid, quia supponunt virtutem, ut primum fundamentum honoris. Non enim est facile sine virtute moderatè ferre bonas fortunas. Cùm igitur magnanimus etiam possidet divitias, iisque uti-

tur secundum leges virtutis, bis honorabitur, ab virtutem in primis, dein ob divitias cum virtute conjunctas.

Simiæ magnanimi sunt illi, qui fastu quodam contemnunt alios etiam bonos, qui fortè sunt pauperes, & extollunt ac honorant malos, qui sunt divites aut potentes, destituti tamen virtute. Simiæ, inquam, sunt, quia verus magnanimus æstimat bonos, etsi pauperes, ac honorat.

Est autem magnanimitas semper in comitatu aliarum virtutum, aut in consortio liberalitatis, aut fortitudinis, aut alterius cuiusdam virtutis, vel plurium.

Enumerat verò Aristoteles *lib. 4. Eth. c. 3.* plures proprietates magnanimi, ex quibus dignosci possit:

lit: primò, magnis se dignum existimat magnanimus. Secundò, honoribus magnis, & à viris bonis cum ratione oblati, modicè & cum rectâ ratione gaudet: honores parvos, & à vulgo oblato contemnit, Gaudet, inquam, honoribus oblati, quos virtus peperit non ambitio aut ostentatio: vulgi honores ideo negligit, quia sine iudicio dantur, & in vitiosos sæpe solent esse profusiores. Tertiò, magnanimus nec secundis effertur & felicitate, nec adversis nimium tristatur. Magnus animus calamitate maior est, maior rebus secundis: pericula discutit se iisdem obiciendo. Magni animi fuit Urbanus Sextus Pontifex Max. in cuius palatium cum seditiosi & tumultuantes Romani irrupissent ar-

mati, strictisque telis Pontificem quærerent, sumptis suæ dignitatis vestimentis in conspectum seditiosorum se dedit, animosâ voce rogans: *Quem quaritis?* Quâ non tantum ferociam Romanorum confudit, sed etiam seditionem placavit, atque ad obedientiam reduxit. Quartò, Magnus animus ob exiguas res pericula non adit leviter; pusilli enim animi est, ob minutias ferrum statim stringere. Provocationes, & duellorum furores generositatis speciem videntur habere, sed non habent: inde minimè Galli laudantur, qui ob levissimas causas, tituli omissione, aut pilei denegatâ detectione, mutuis se conficiunt vulneribus, nobilémque sanguinem dilapidant, & vitæ dissipant balsamum.

Qui  
peri.

periculo obviam vadit, nec prius quale id sit considerat, bestiaæ simi-  
 lior est, quàm homini: at *fortis animi est, magis mortem contem-  
 nere, quàm odisse vitam.* Ille ve-  
 rè animosus est, qui perspectâ causâ & difficultate, vel justâ & honestâ  
 ratione, vel sanè necessitate, peri-  
 cula subit, aut potiùs excipit. Nun-  
 quam laudantur ij, qui impetu & temeritate in discrimina feruntur,  
 & calore magis sanguinis aut ætatis aguntur, quàm prudentiâ: felices  
 ij, quos consiliorum non pænitet. Quintò, hoc fundamentum est  
 magnanimi: non se vitâ indignum  
 judicat; sed omni modo vivere,  
 hoc est, sordidum, infame &c.  
 id indignum judicat. Hinc ij,  
 qui cum Turcis Christiani nomi-  
 nis hostibus pugnant, magno ani-

*pulchram per vulnera mortem amplectuntur*, quàm ut Constantinopolitano tyranno servitutum serviant miseram. Sextò: Magnanimus beneficium conferre solet, pænè erubescit cùm accipit: non vult scilicet magnus animus esse obnoxius, plerumque gestit beneficia accepta maioribus compensare. Multis non indiget magnus animus, etsi magnus sit, spatium breve occupat; magna tamen petere potest, si necessitas urgeat. Idem animus tum cernitur magnus quoque, si promptè serviat aliis: bonum enim diffusivum sui est.

Et hæc dicta sunt de magnanimitate ex scholâ Aristotelis. Ex schola verò Christi discenda alia, scilicet: *Discite à me*, inquit **Chri**

Christus Matt. 11. *quia mitis sum,*  
 & *humilis corde.* Et cum honores  
 magni offeruntur, dicendum: *Quis*  
*sum ego Domine Deus, & qua est fa-*  
*milia mea, quòd deducis me eousque.*  
 Humilitas Christiana præferenda  
 est magnanimitati Aristotelicæ.  
 Non enim unquam ullus mortali-  
 um invenietur tam perfectus, quàm  
 hic ab Aristotele magnanimus est  
 descriptus, ac ejus proprietates,  
 Nunc verò ad Magnificentiam.

Cum Liberalitate Magnificentia  
 magnam affinitatem & similitudi-  
 nem habet. Differt autem ab illa,  
 quòd Liberalitas in dando & acci-  
 piendo versetur: Magnificentia ve-  
 rò tantum in dando, vel potius in  
 faciendo, hoc est, versatur circa illa  
 quæ sumptus requirunt. Præterea  
 Liberalitas circa magna, parva, me-



diocria, occupatur: Magnificentia, ut ipsum nomen indicat, tantum circa magna, sive opera, quæ exigunt magnas expensas.

Decorum in his ita servandum, ut magni sumptus conveniant ipsi Magnifico qui sumptus facit, & operi cuius causâ expenduntur, ita ut sumptus operi & opus sumptibus respondeat. Si ratio requirat, ut alterutrum excedat, hoc opus potius quam sumptus erit. Sumptus illos facit magnificus jucundè & largè, non verò ratione nimis accuratè subductâ; hoc enim indecoriæ parsimonix est.

Sicut autem pro objecto suo magnanimitas habet magnos honores: ita magnificentia habet multas pecunias. Pecuniæ nomine omnia illa intelliguntur, quibus nummus æsti-

estimationem dat, ut sunt fundi, **redes**, mobilia & immobilia bona, aurum culum, & numeratum, & non signatum. His pecuniis sive opibus magnificus decenter magnos sumptus in res magnas facit. Amittet autem nomen & naturam magnifici, si amittat decori peritiam, hoc est, si ex inscitia decori faciat tamen magnos sumptus; & ineptâ splendoris affectatione magnos sumptus imperitè & minùs dextrè in res magnas profundat. Hoc plerùmque evenire solet plebeiis ingeniis, quando ex sordibus emergunt, & citò ditescunt, tum sine decore ad ostentandas divitias magnos sumptus edunt. Sic ridiculus fuit Romæ factus olim cerdo quidam, qui cùm subitò & præter opinionem magnas divitias acquisivisset, illicò populo  
epu-

epulum dedit. Magnifici itidem nomen amittet, si indecorâ parsimoniâ magnos sumptus devitet.

Prudenter autem monet Aristoteles, sic liberalitatem & magnificentiâ esse instituendam, ne res familiaris exhauriatur, & liberalitas liberalitatem perdat. Tales profusores Afotos appellat Aristoteles, eò quòd rem familiarem consumant. Nam eorum donationes nec honestæ sunt, nec honesti causâ fiunt, nec ut par est; sed interdum quos homines oporteret in paupertate vivere, eos sine discrimine locupletant: iis verò, qui probatis & temperatis sunt moribus, nihil donant: in assentatores, moriones, voluptatum ministros, largiter multa effundunt; manum contrahunt literatis viris, Prodigii sive Afoti igitur

tur

tur manus ab alio regenda est. Prodigus enim si custode & magistro careat, in hæc delabitur; alicujus autem curâ & diligentia nixus ad mediocritatem perveniet.

Porro Magnificus scire debet quid deceat, nempe decorum personæ quæ impendit, & rei in quam impendit, & pecuniæ quæ impenditur. Nam nisi opus, in quod sumptus fiunt, spectatores afficiat admiratione, magnificum non erit. Operis igitur virtus ac præstantia est Magnificentia, quæ in magnitudine consistit. Magnifica opera Salisburgi sunt Templum Cathedralè, Aula Archiepiscopalis, Hortus Clari fontis, Theatrum è saxo vivo ibi excavatum, Theatrum Academicum, Fons è candido marmore ante aulam, Hippodromus

mus in stabulo Principis, abscissi in  
munimentum Urbis montes, Arces  
quæ urbi imminet utrinque, & alia  
magnificentiae regiae supellex. Sed  
observandum id quoque in sumpti-  
bus, cui fiant: non enim eadem  
Diis atque hominibus conveniunt,  
neque eodem sumptu fanum, &  
sepulchrum ædificandum est, ne-  
que eadem magnificentiam excipi-  
endus Elector, quàm Cæsar. Demum  
in praxi ad exercendam magnifi-  
centiam requiritur iudicium, sicut  
& ad liberalitatem; sine hoc im-  
pinget sæpius, ut Megarenenses, qui  
comœdis ad chori ingressum exor-  
nandum dederunt purpuram, vanam  
divitiarum ostentatione & jaetan-  
tiâ. Extrema Magnificentiae sunt,  
*in excessu* quidem nimia sumptuum  
cumulatio præter decorum: *in de-*

*fecta*

*fectu* sordida parsimonia in rebus publicis. Nec tamen magnificentia in verbis tantum ostendenda, sed in sumptu. Cyrus minor cum Lacedæmonios ad societatem belli hortaretur, magnifica promisit, pedibus equos, equitibus currus, iis qui villas possiderent pagos, qui pagos his urbes daturum, & argentum & aurum non numero, sed pondere largiturum. Sed promisit tantum. Hinc qui magna officia aut dignitates tantum habent instar nassæ, quæ capiant nummos, longè absunt à magnificentiâ, nam aviditas nihil splendoris admittit. Itaque neque minores sumptus, quàm operis dignitas postulat, faciendi, neque majores. Aliqui patrimonium sua evomunt veriùs quàm vendunt, qui crumænæ velut bello

in

indieto, ornamenta omnia, ipsasque delicias superfluitate cumulant, qui intempestivas comeffationes & choreas institunt, licet postea vel toto trimestri cogantur esurire, aut latere. Suus cuique ei modus est. Ab angustâ culina fumum pinguiorem non speres. Magnorum est & divitum hæc virtus magnificentiæ, quia honorem profine habet. Pulcherrimè ait Polybius: *Argentum & pecunia communis hominum possessio est: at honestas, magnitudo animi, unde laus & gloria, Deorum est, aut eorum qui à Diis proximi censentur.* Sit tamen Magnificentia sine debitis. Sipienti fatius esse dicebat Ludovicus Rex Gallia, nihil uebere, quàm multa elargiri.

Et hæc de binis virtutibus Magna-

gnanimitate, quæ in summis hono-  
 ribus, & de Magnificentia, quæ in  
 magnis sumptibus versatur, sub  
 symbolo Capricorni dicta sint, ita  
 ut de magnanimo & magnifico  
 hoc lemma dici possit: *Pascor in  
 altis.*



AQUA-



# XI. AQUARIUS. ♒.

*Irrigat, aut mergit.*

**A**QUARIUS signum undecimum in Zodiaco, Domicilium Saturni, est intra gradum 22. Aquarii primi mobilis, & gr. 15. Piscium. Est naturâ suâ calidum, & humidum, triplicitatis aëreæ, quo ad effectus autem frigidum, ventosum, aquosum, maximè in ejus parte Australi, quæ humores, & nives facit. Constat ex observatione *Tychonis* 41. stellis, 1. primæ, 4. tertiæ, 7. quartæ, 22. quintæ, 7. Sextæ magnitudinis. Ultima in effusione aquæ & communis cum pisce austrino, *Fomahand* corruptè dicitur, cùm Arabicum vocabulum sit *Phomel-haut*, id est, os piscis; lucidior verò in pede sinistro, *Scheat* vocatur. Non desunt, qui dicunt, Aquarii signo Ganymedem Troili & Callirrhœes filium repræsentari.

*Irrigat, aut mergit.*



*Nec deest, nec superest census: sic profusa  
est urna.*

Allusere ad nomen, qui maris, fluviorum,  
& fontium amorem tribuere, & si in imo  
sit genituræ, periculum ex aquis denun-  
ciavere. *Nicol. Causinus.* Pingitur au-  
tem Aquarius cum urnâ, sive situlâ aqua-  
ticâ, aut pingitur ut juvenis urnam baju-  
lans. Arabes verò loco aquarii pingunt  
mulum clitellatum cum duobus doliis:  
Verùm utut pingatur hoc signum, certè  
humiditatem designat, & inducit. Hinc  
Pontani versus:

*Hinc tener humentem resupinat aqua-  
rius urnam.*

Cur autem Aquarius cœlo fuerit infertus,  
hanc Poëtæ referunt causam. Aquarius  
à Nigidio vocatur *Deucalion* Theſſalus,  
qui cum uxore *Pyrrhâ* maximo cataclyf-  
mo relictus in monte *Ætna*, demum pro-  
pter reparatum genus humanum intra  
astra relatus est. Sub *Deucalionis* nomi-  
ne intelligitur *Noë*, qui in universali di-  
ludio in arcâ à Deo servatus est in propa-  
ga-

gationem novam generis humani, ut legitur in sacris Bibliis *Gen. c. 8.* Sed missis his,

**N**OBIS Aquarius pro Symbolo Temperantiæ aut Intemperantiæ erit, prout utimur urnâ, cum hâc inscriptione: *Irrigat, aut mergit.* Hoc est: Temperantia irrigat omnes virtutes; at si plenum in veritas urceum, aut omnem effundas urnam per intemperantiam, omnes reliquas virtutes submergit & suffocat. Quemadmodum enim terræ germina temperanti humiditate irrigata crescunt & efflorescunt, nimis verò imbrium inundationibus enecantur: ita humanæ vires per temperantiam foventur, per intemperantiam debilitantur, aut ex-

N

tin-

tinguuntur. Ita cùm Alexand. Macedo apud Persas bibendi certamen instituisset, bibacissimus omnium Promachus quatuor ingurgitans cantharos, h. e. crateres quadraginta & unum, palmam meruit, uniusque talenti coronam accepit; at ultimum poculum potando spiritum eructavit. Horum exemplorum plena est vetustas: certè plures absorbet merum intemperanter adhibitum, quàm mare navigatum.

Fingunt Poëtæ, Perseum Minervâ duce Medusæ caput amputâsse, cùm illa in saxa aspectu suo homines converteret. Inuentes per hanc fabulam, cupiditatibus humanis per temperantiam amputandas occasiones, ne mentem in lutum deprimant, & per intemperan-  
ti-

tiam in exitium ducant. Intemperantia enim cum cognata sit luxuriae, illud cognationis istius proprium habet, non tantum animo, sed etiam corpori varie nocere. Intemperantia labores omnes altero tanto graviores reddit, vires subtrahit, morbos & dolores immittit, vivendi spatium abrumpit. Quod si experimento discere non recusarent, qui vitam immoderatius agunt, quam jucundum sit & suave, superfluis carere, ventrem rationi obedientem & bene moratum habere, stomachum cibo potuque non obruere, paucis contentum esse, sane temperantissimi forent & ipsi. *Hierem. Drexel.* Est enim Temperantia virtus, quam nihil vel ad affectus reprimendos potentius, vel ad

mores hominum confirmandos aptius, vel ad Divinum Numen placandum efficacius fingi, aut dici potest. Voluptatis hæc nervos conscindit, flammæ furentis appetitûs supprimit, totam hanc vitam castam & honestam reddit. Illa est, quam Peripatetici prudentiæ conservatricem appellant, quæque, ut rationem in expetendis fugiendisve rebus sequamur, efficit, & illud nobis Solonis proponit, *Ne quid nimis*. Illa est, quæ in actionibus humanis dominatur, & sine quâ nihil cæteræ virtutes aut sunt, aut possunt, dum vel metas transiliunt, vel vix è suis sepius egrediuntur. Oportet enim temperatè prudentem esse, temperatè fortem & justum. Illa est, per quam cupiditatibus im-

pe-

perat ratio, quæ est animi nostri  
frænum, quæ est regula omnia ad  
naturam, necessitatem, sanitatem,  
componens. *Nic. Vernulaus.*

*Temperantiam* autem describit  
Cicero *firmam & moderatam ratio-  
nis dominationem in libidinem, atque  
alios non rectos animi impetus.* Plato  
vocat *virtutem, quæ voluptates ac li-  
bidines rationi subjiciat.* Aristote-  
les in 3. *Ethic. c. 10.* ait, *Temperan-  
tiam esse mediocritatem, quæ versa-  
tur in voluptatibus.* Explicat autem  
Aristoteles *eodem cap.* in quibus vo-  
luptatibus Temperantia versetur, ac  
distinguit voluptates pr<sup>o</sup> in ani-  
mi voluptates, & dein corp<sup>o</sup> poris. Illi  
qui honoris cupiditate, aut discendi  
studio delectantur, nec temperan-  
tes nec intemperantes dici possunt.



Similiter qui fabellarum cupiditate  
studióque rerum novarum totos di-  
es conterunt, eos loquaces potiùs &  
nugaces vocabimus, quàm intem-  
perantes. Deinde propriè nec tem-  
perantes dici possunt, qui in audi-  
tu, visu, odoratu mediocritatem te-  
nent; nec illi intemperantes pro-  
priè, qui excedunt in his sensibus,  
dici possunt, nisi fortè reductivè, in  
quantum odores & cantus ad ebbie-  
tatem occasiones sunt, inhonestæ  
picturæ & imagines causa & occa-  
sio ad libidinem. Hoc liquet ex  
textu Aristotelis cit. c. *Non enim*  
*eos, qui malorum, aut rosarum, aut*  
*suffimentorum capiuntur odoribus, in-*  
*temperantes dicimus, sed eos potiùs,*  
*qui unguentorum & obsoniorum. His*  
*enim gaudent intemperantes propte-*  
*rea,*

rea, quia eis hac ipsa earum rerum, quas concupiscere solent, memoriam soleant refricare. Concluditur igitur, in prioribus sensibus, visu, auditu, odoratu, non veram esse intemperantiam aut temperantiam, sed in voluptatibus hiscè potius, quæ nobis sunt etiam cum reliquis animalibus communes, ex quo serviles eas & belluinas esse judicare licet. Hæ autem sunt tactûs & gustûs voluptates. Versatur itaque propriè & per se Temperantia circa poculenta, esculenta, & libidines. In his excessus vitium est. Nam comedere aut bibere, quoad plenior sis, quàm naturæ necessitas postulet, nihil aliud est, quàm modum convenientem naturæ copiâ superare, adeoque mediocritatem violare. Naturalis enim cupiditas est

id, quod deest, explere velle: si superaddas, naturam obruis. Hinc vocantur Gastrimargi, qui ventri ad infaniam usque indulgentes, omnia quæque in hunc, & supra modum, congerunt. Tales servilis potiùs indolis esse quàm ingenuæ, asserit Aristoteles. Sicut videmus piscatores, aurigas, rusticos, aliòsque vulgares homines ita se ingurgitare, ut in plateis aut compitis porcorum instar jaceant, exspectantes canes barbilingos. De Bonoso Imperatore dicebat Aurelianus: *Bonosus natus est, non ut vivat, sed ut bibat.* & superatus à Probo Imperatore, laqueo finivit vitam; inde jocus, *amphoram pendere, non hominem.*

Androcydes vir sapiens intemperantem Alexandrum monuit: *Rex memento te bibere sanguinem*

ter-

*terre.* Quid diceret Androcydes, si  
videret multibibos helluones, qui  
nunquam jejuno aut excitato sto-  
macho solem vident orientem aut  
occidentem, qui bibunt, non quòd  
sitiant, sed quòd soleant, tempesta-  
tes remigésque amphorarum, &  
Classiarii Bacchi.

Impingere etiam videtur in sco-  
pulum intemperantiæ Germana  
natio, quæ avidiùs & largiùs puta-  
tur indulgere vino. Sunt tamen  
quædam negotia Germanorum,  
quæ vinum amant & exigunt, cer-  
tè emolliri vino debent, ut faciliùs  
pertractentur. Sæpe dum ad cor-  
dis penetrare arcana aliàs non da-  
tur, Baccho duce via illuc invenitur.  
Sed Germanos sua consuetudo tue-  
tur, aut etiam necessitas excusat.  
Innatum id olim, scribit Tacitus,

qui de reconciliandis amicitiiis, re-  
búsque gravissimis, non nisi inter  
convivandum consultabant, quasi  
non alio magis tempore aut loco  
vel ad candidas cogitationes pate-  
ret animus, vel ad magnas incale-  
fceret. At voluptas hæc temperan-  
da est, neque corpus cum animo  
obruendum. Pythagoræ sapien-  
tis dictum est: Primum esse vitæ  
laudabilis gradum, ventris esse do-  
minum atque appetitionis. Unde  
Temperantiam vocat Socrates *fun-  
damentum honestatis*. De eâ plura  
vide in Instit. nostris Ethicis *lib. 3.  
c. 4.*

Effectus Temperantiæ sunt :  
I. Acuit animum, cujus robur est,  
teste Pythagora, & quem voluptati-  
bus corporis tanquam clavis quibus-  
dam affixum liberat.

II.

II. Omnis virtutis fundamen-  
tum est & custos; unde penu vir-  
tutis à Menandro appellatur, apud  
*Stobæum Serm. 5.*

III. Confert ad eruditionem &  
sapientiam. Anima enim sicca est  
sapientissima, ut ait Heraclitus *apud*  
*Stobæum Serm. 5.*

IV. Tuetur valetudinem; juxta  
regulam enim Celsi, *multi magni*  
*morbi curantur quiete & abstin-*  
*tiâ.*

V. Servat respublicas, quas lu-  
xus evertit. Unde, ut ait Valerius,  
Capua plus nocuit Hannibali,  
quàm Cannæ Romanis. Et Græci  
Trojam ceperunt, non nisi vino  
somniaque sepultam: & Scythæ  
ebrii à Cyro sunt victi. Denique  
verissimè Democritus: *Temperan-*

*tia, quæ jucunda sunt, auget: ut ait  
Stobæus ibid.*

Et hæc sufficiant de Temperan-  
tia, quæ sicut suâ temperie irrigat &  
fovet: ita intemperantia mergit  
& interimit.



*Est et fideli tuta silentio Merces*  
*Horat. l. 3. od. 2.*



vi: ut au  
temperan-  
tinga &  
mergi

XII





XII.  
Est &  
Merit

**R**

quem, in  
clum Jov  
ditum, q  
in aqua  
dus in oct  
cundum  
rsm 59.  
quippe q  
quintam  
tertū hon  
cū, q  
fces ne  
gr. 15.  
tendunt

## XII. PISCES. ♋.

*Est & fideli tuta silentio  
Merces.* Horat. l. 3. od. 2.



**P**isces duodecimum, ac postremum Zodiaci signum in australi semicirculo, sed conterminum Arieti, aqueum, frigidum, & humidum, domicilium Jovis, & exaltatio Veneris, sic dictum, quòd Sole illud intrante, omnia in aquis natare videantur. Piscium sidus in octava sphaera habet stellas 34. secundum *Ptolemaum*, sed juxta *Keplerum* 59. sed non admodum nobiles, quippe quæ non excedunt quartam vel quintam magnitudinem, præter unam tertii honoris de natura Jovis & Mercurii, quæ est in nodo lini utrosque pisces necitentis. Eius initium nunc est in gr. 15. Piscium primi mobilis, & protenditur usque ad gradum 27. Arietis.

Pars prior frigida est, media humiditate abundans; ultima, ob communicationem cum stellis in capite Arietis, calida. Quæ ad Boream flectit, ventosa; quæ ad Austrum, humida & aquosa. *Hier. Vitalis.*

Connectuntur verò duo pisces per commune quoddam vinculum, quod *linum piscium* vocare solent. Ceterùm Pisces dominium habent in Pedes. Aiunt autem eos, qui sub Piscibus nascuntur, esse Corpore præstanti, propter humidi copiam, ingeniosos, peregrinandi cupidos, maris avidos, anticipites, ambiguos, studiosos rerum popularium, multorum amicitiiis notos, consilio sanos, benevolentiam fideli, vicissitudinè rerum obnoxios. *Causim.* *Hyginus* refert, ex alio quodam antiquissimo Scriptore, quodam tempore Venerem, cum Cupidine filio, in Syriam ad flumen Euphratem venisse, & eodem loco repente Typhona gigantem apparuisse, Venerem autem, cum filio

in flumen se proiecisse, & formâ piscium assumptâ evasisse. Itaque Syros postea, qui his locis erant proximi, destitisse pisces esitare, ne viderentur numina devorare. Alii putant, propterea ultimum Zodiaci signum hoc nomine insigniri, quia Sol in eodem constitutus, piscium naturam humidam influxu suo imitari, atque in æere hâsce qualitates procreare videtur. *Agid. Strauch.* Sed nunc ad Symbolum.

*Est & fideli tuta silentio  
Merces. Horat. l. 3. od. 2.*

**A**D amicitiam rectè colendam silentium & fides in rebus creditis requiritur. Hinc monet Sapiens Proverb. 2. *Ei, qui revelat mysteria, & ambulat fraudulenter, & dilatât labia sua, ne commiscearis.* Quid enim maiores turbas

turbas inter homines concitat, quam secretorum manifestatio? Quare de Taciturnitate & silentio hîc agendum sub symbolo Piscium. Piscibus enim altum silentium à natura est. Ægyptii quidem, apud quos frequens Symbolorum & ænigmatum ac emblematum usus, arborem Persicam Harpocrati silentii DEO dedicarunt; nam hæc arbor fructum habet cordi, folium linguæ simile, quasi sermonem, qui fructus est intelligentiæ, sedem in corde non in lingua habere deceat. Nihilominus tamen Pythagoras piscem pro Symbolo silentii habuit, & quia à suis discipulis quinquennale silentium expetiit, nec ipsos velci piscibus passus est, nec ipse attigit; tam sacri erant pisces ob silentium. Ap-  
positè

positè etiam Claudianus silentium  
 piscibus attribuit, dum Rhada-  
 mantum ait loquacissimos viros, &  
 qui ausi sunt arcana prodere, in  
 pisces indui apud inferos jubere, his  
 versibus:

*Qui justo plus esse loquax, arca-  
 naque suèrit*

*Prodere, piscosas fertur victurus  
 in undas,*

*Ut nimiam pensent aeterna silen-  
 tia vocem.*

Manilius quidem canit, eos infan-  
 tes, qui oriente hoc sidere piscium  
 nascuntur, dicacissimos futuros:

*Garrulitas odiosa datur, lingua-  
 que venenum.*

*Verba maligna novas mussantis  
 semper ad aures*

*Crimina per populum populi fert  
 ore bilingui.*

Hoc

Hoc tamen à Mathematicis solùm excogitatum esse, credendum est. Secuti igitur Claudianum & Pythagoram, Pisces pro silentio & taciturnitate accipiemus, est verò silentii in rebus humanis tutum præmiun, & vacat periculo taciturnitas. Quia, ut Horatius inquit:

*Est & fidei tuta silentio merces.*

Silendo nemo peccat, loquendo persæpè. Verè Simonides:

*Non ulli tacuisse nocet, nocet esse locutum.*

Laudatur à Valerio Max. *lib. 7. c. 2.* Xenocrates, qui cùm maledico quorundam sermoni summo silentio interesset, uno ex his quærente, cur solus linguam suam cohiberet? in hanc laudabilem vocem erupit: *Quia dixisse me ali-*

*quam-*

quando penituit, tacuisse nunquam. Apud antiquos proverbio celebrabatur is, qui arcana sibi concredita continere poterat, & dicebatur *Areopagitâ taciturnior*. Nam Athenis in Areopago causæ capitales audiebantur, idque nocte & magna attentione ac silentio, nefasque erat iudicibus quæ acta erant apud vulgus effutire. Inter mortales autem quæ tuta societas, ubi fides silentii deest? Sed quidam arcana ex perfidiâ & ex oborto odio revelant, & rumpunt silentii repagula. Quibusdam non inest perfidia, imprudentia tamen non deest, & superat animi propositum imbecillitas, vitium consuetudinis & naturæ. Intervenire etiam ebrietas potest, quâ fidum alioquin silentium secretorum solvatur.



vatur. In vino calor est, quid mirum, si in linguam & buccam ascendant arcana, urgentibus intus flammis? Quibusdam muliebri ingenium est, quod undequaque diffluit, ut tacere omnino non possint, etsi velint. Quorum pectori si quid arcani clanculum commiseris, continuo parturiunt, rumpendi, nisi effutiant, evomantque, eò etiam vehementius foras properant, quò graviore fide sunt obstricti.

Ut inter animalia feles ægerrimè patiuntur se includi: ita apud quosdam arcana, tam diu ululant in pectore, quoad libertas detur foras erumpendi per linguam; tum felici an infelici commercio amico concreditur depositum, is suo quoque amico, & hic suo in sinum

est, qui num deponit, donec in foro se-  
 cretum venale prosteret, insigniter  
 auctum quoque. Nam *crescit fa-*  
*ma volando.* Quod si inhibueris  
 propalationem, tum verò *quod*  
*non licet acrius urit.* Ergo secreta  
 spartiri cum aliis, est prodere. Pi-  
 scis esto & mutus, ac taciturnior  
 Areopagitâ.

Sed quando solvendum silen-  
 tium? Cato Junior docebit. Hu-  
 ius enim taciturnitas cùm taxare-  
 tur, respondit: Ego tum demum  
 silentium meum abrumpam, cùm  
 talia dicere valebo, quæ non sint  
 digna taciturnitate. Epaminon-  
 das Thebanus audiendi potius  
 quàm loquendi cupidus erat, quòd  
 sciret ex auditione doctrinam, ex  
 locutione pænitentiam nasci. Ut  
 idolia evacuata percussa tinniunt:  
 ita

ita plerumque vacui cerebro lo-  
quaculi sunt. Sed quàm felicilar-  
vâ tegatur inane caput, Salomon in  
proverbiis docet: *Stultus si tacuerit,  
sapiens reputabitur.* Celsus in pro-  
verbium, *habere in lingua clavem.*  
Ita Æschilus Poëta:

*Et nostra præfert lingua custodem  
clavem,*

*Quoties fidam silentii spem pol-  
licemur.*

Sed dicet forsitan aliquis: Cur de  
Taciturnitate & silentio ipse Ari-  
stoteles in decem libris moralium  
sive Ethicorum nullam fecerit  
mentionem? Huic respondetur:  
Verum quidem esse, Aristotelem  
directè & ex instituto non egisse de  
taciturnitate aut silentio. Interim  
tamen in libro 4. c. 7. de Verita-  
te, integritate & candore in ser-  
mone

one & loquendo, ac de viti-  
opposito, nempe mendacio egit,  
docuitque quomodo sit loquen-  
um, quomodo ex consequenti  
acendum. Quin quòd etiam pos-  
at esse linguæ temperantia, ut est  
culorum: inhonesta videre tem-  
erantiam offendit ut & audire; cur  
non offendat temperantiam lingua  
et loquela inhonesta? Videtur  
utem Taciturnitas modum defi-  
nire veritati, cum sit virtus tacens  
arcana, & non necessaria dictu,  
ubi, quando, & quatenus non est  
opus in apertum proferre.

Extrema eius sunt in defectu  
arrulitas, futilitas, proditio, non  
nitans sermones immodicos, non  
necessarios, inutiles, intempesti-  
cos, perniciosos, scandalosos,  
omnia etiam arcana effutens, in-  
dicans

dicans facta aut consilia honesta, aut non digna indicatione, quibus tamen indicatis, aliis nocetur. In excessu morositas ( quod extremum etiam est Comitatis, seu affabilitatis ) sive nimium silentium & reticentia, occultatio & dissimulatio veritatis, ubi erat profitenda, & ubi Gloria DEI & salus hominum requirebat ut loqueremur. Certè in communi confortio & convictu hominum ad nihil magis attendendum, quam ad linguam. Huius enim lubricitas offendere potest, & huius taciturnitas placere potest. In c. 6. l. 4. *Eth.* ait Aristoteles: *In congressu autem hominum, & vita quotidiana consuetudine, denique in sermonum ac factorum communicatione, alii blandiendi seu placendi*  
*str-*

studiosi esse videntur, qui nulla in re adversantur, quia putant se eos, quibuscum cottidie congregiuntur, minimè offendere oportere. Alii contra, qui in omni re adversantur, neque magnopere laborant ne quem offendant, ii sunt in contentionibus pugnaces & pervicaces, atque omnibus obloquuntur. Vir itaque bonus & circumspectus iudicium habebit in loquendo: aliter cum iis communicabit & loquetur qui dignitate aliqua præditi sunt, aliter cum infimis & fortè fortuna oblatis hominibus, aliter cū notioribus, aliter cum minùs notis. Hoc circumspectum iudicium monebit, quando sit loquendum, quando tacendum; est enim, ut Salomon ait, *tempus tacendi & tempus loquendi.* Sine hâc cir-

Q

cum-

cum inspectione plerumque *qualis quisque est*, inquit Aristoteles cit. loco, *talis eius & actio & oratio est, talis denique & vita, nisi rei alicuius agat & loquatur gratiâ.* Quin quod Aristoteles c. 8. huius lib. & audiendi & loquendi præceptum formet: *Dexterâ, inquit, hominis est ea dicere & audire, que viro bono atque libero conveniunt.* Dum itaque ad audiendum instruit, unâ operâ tacere quandoque jubet. Et quia eodem loco de jocis ac facetiis agit, explicat & distinguit ibidem liberos jocos à servilibus, ineruditos ab eruditis. Serviles joci plerumque obscæni, & raupissimum olent, ut vulgò loquuntur, quos jocos nec dicere decorum est, sed relinquendi servis mechanicis, & pœnalibus sive

bea-

beanis. Nam *que quisque equo animo audit, hac facere quoque videtur*, inquit Aristoteles. Homo autem politus & ingenuus nec tolerat similes jocos, nec ipse dicit. Videntur quidem *requies & jocus ad hominum vitam necessaria*, ait Aristoteles; sed dexteritas requiritur in jocis spargendis, ne offendamus, utque semper joci sint sale conditi, non insulsi, sed neque nimium salis addendum, ne dentes obstupescant. Scurra nec sibi nec aliis parcit, & spurcissima quæque ingerit, modò risum moveat; at homo politus humanitatis memor tales congressus & colloquia devitat. Dexteritas regat oportet jocos, quando, coram quibus, quàm opportunè, & pro decore fieri queant. *Agrestis autem*



ille, & rusticus, atque insulsus, ait Aristoteles, ad tales congressiones prorsus ineptus atque inutilis est. Nam cum ipse nihil ad ea opera conferat, tum omnibus offenditur. Ex quibus omnibus colligitur, Aristotelem in Ethicis indirectè præcepisse tacendi modum & silendi, cum loquendi dexteritatem aperuit.

Loquacitas continuata flagellat aures, magnisque consiliis obnoxia est. Quare Aristippus Philosophus loquaci & licentioso homini dixit: *Utinam tu tua lingua, sicut ego aurium mearum, dominus sis.* Et Archelaus loquaci tonsori dicenti: *Quomodo te tondeo?* Rex, urbanè respondit filens. Lucianus lepidus dialogista refert, Muscam fuisse olim mulierem, sed ni-

Nimiùm loquacem, quæ Endimionem ut Luna adamavit, cuius aures cum assidue exagitaret, somnòque excitaret loquens & cantans frivola, & velut musca semper circa aures bombilans, à Luna irata in muscam conversa est. Unde adhuc muscæ infestæ sunt dormientibus & studentibus, dum suo bombo, & streperâ tubâ negotia humana interturbant.

Habet inter alia silentium hoc, quòd alienam iram mitiget, & propriam crescere non sinat. Alienam quidem placat, quoniam si non responderis irascenti, auferes occasionem contra te iram multiplicandi, sicut qui removet ligna ab igne, aut minuit, aut ex toto extinguit ignem. Certè Prover. c. 26. id indicatur, ubi dicitur:

*Cum defecerint ligna , extinguetur ignis.* Propriam iram compescit etiam , quia si iratus tacueris , paulatim deficiet ira.

Dein periculo non caret , quod expositum est alienæ fidei & fortunæ forsitan malignæ. Nam secreti tui iam non amplius arbiter es , sed alter , qui non est tecum idem. Itaque alterum silere quod vis , prius ipse tace , tecum habe , & custodi ; certè nullus tibi adeo fidus erit , quàm tute tibi. Proffus in tuo animo debent sepeliri , quæ latere vis & ignorari. Etenim hæc una velut anchora est , quâ in negotiorum procellis & tumultibus securi navigamus , tacenda silere. Non imprudenter Petrus Rex Arragoniæ , legatis Marsini IV. Pontificis instanter sci-

scita n

scitantibus, quid sibi vellent apparatus bellici, quos instruxerat: *Comburam*, inquit, *interulam* (manumque pectori admovit) *si consiliorum meorum gnaram putem*. Rectè: nec enim regere novit, qui tegere ignorat. Utque obscuræ & abjectæ indolis est fallere: ita suscepta semel consilia celare non posse, levis atque angusti pectoris. *Neque potest rem magnam sustinere is, cui tacere grave est, quod facillimum voluit esse Natura*. Hinc linguam abdidit inter aggeres dentium. Faciem quidem cuiusque cernere cuivis obvium, verùm quid in imis & intimis lateat animi recessibus, nemo mortalium divinabit, nisi tu ipse sinum pectoris reseres rumpendo fidem silentii. Non solùm itaque

tua tacenda secreta, sed & aliena tibi concredita, facta recta premas figillo tuti silentii. Neque enim plenus rimarum esse debes, ut quaquaversus diffluas; sed diligentiore custodiâ arcana tibi concredita servanda sunt, quàm nummi. Turpe est, arceas & scrinia sua claudere & obserare posse, animum mentemque non posse.

Leges humanæ & divinæ sigillant ora eorum qui à consiliis, à conclavibus, à clavibus, à cubiculis, à calamis, ab auribus, à secretis omnibus sunt; aliosque omnes adstringunt, quos auxilii aut consilii causâ consulimus: quin & privatum quemlibet, qui vel secretum ab amico excepit, vel propriâ scientiâ acquisivit. Citra grande periculum, eorum neminem secretum

tum resignare posse, apud Theologos in confesso est. Thomæ Sanchez, Antonini, Soti, Sylvestri, Navarri, Cajet. & Lugo, aliorumque hæc recepta est: *Secretum alienum temerè, & sine causâ detegere, est peccatum mortale ex genere suo, nisi parvitas materia excuset.* Et dilucidè **Amicus**: quodcunque secretum si-  
ve nostræ fidei commissum, si-  
ve propriâ scientiâ comparatum, de malo gravi, sine causâ revelare, semper est mortale: & ad restitutionem damni inde secuti (sive in fama, si-  
ve in fortunis) obligans, idque ob injuriam gravem, quæ proximo infertur. Unde illud Poëtæ: *Eximia est virtus, præstare silentia rebus:*

*At contrâ gravis est culpa, tacenda loqui.*

Quam culpam & injuriam, ut naturæ ac reipublicæ repugnantem, etiam Ethnici gravissimè uli sunt. Persæ, qui silentium ut numen observabant, capitali poenâ secretum evulgare interminabantur. Hoc à natura edocti sumus, arbores, quarum radices nudæ sunt, citò arefcere ac perire: is quoque nescit vivere, qui nescit tegere. Ægyptii linguam radicibus ei evellebant, qui arcana evulgando, eam protendisset. Apud Romanos, ejusmodi vivi exurebantur. Mitto alios, qui non injuriâ usque eò severè in consimiles animadverterunt, quòd probè nossent, hoc acriùs plectendos, qui concredita sibi evulgarant, quomajora damna ex eorum manifestatione timebantur. Quot reipubl. seditiones, civium cædes, privata-

rum

rum ædium tumultus, ab hâc unâ  
 scaturigine, velut ab Ætnâ aliquo,  
 aut Vesuvio, arcana sinu eructante,  
 concitata sunt? quot regna perdi-  
 dit, quot regiones prodidit, quan-  
 tos exercitus in ultimum discrimen  
 protervæ linguæ crimen adduxit?  
 ut meritò dici possit, subscribente  
 Scribanio, *proditorem secretorum  
 regnorum proditorem esse.* Et quan-  
 ta regna & exercitus stetissent, si  
 lingua stetisset! credidit militiæ  
 dux amico rem tacendam; credi-  
 dit is alteri duci, & hostibus ludi-  
 brio jacuit, & spe amplâ suâ excidit,  
 fortunis, honoribus! quanta sæ-  
 culo nostro non reparanda damna,  
 quæ antè scirent hostes, quàm pri-  
 mi exercitus ductores! vix cogita-  
 ta produntur, sanè necdum decre-  
 ta: incocta, cruda, & in primam



deliberationem quandoque vocata, denuntiantur hosti: vix cæpta, vix concepta. Et quisquam mirabitur, diversas expeditiones felici eventu caruisse? Infelix sanè Regum, Principumque, & curiarum conditio est, quibus nihil arcanum hosti est, quorum inimicis omnes scriniorum chartæ patent. *Henr. Engelgrave.*

Et hæc de Silentio & Taciturnitate, ac Fide in rebus creditis sufficiant, sub Symbolo Piscium.



ANA

# ANACEPHA- LÆOSIS.

**Q**Uoniam hæc Symbola Moralia ex X. Libris Ethicorum Aristotelis deduximus, placuit hîc breviter subjicere, quô Zodiaci signô quælibet materia, juxta seriem librorum Ethicorum, sit reperienda. Itaque

In *Primo Libro* Aristoteles agit de ultimo fine hominis, & summo bono: de quo nos in *Sagittario*.

In *2. Libro* agit de medio, quô potest homo ad optimum illum finem pertinere, quod medium est virtus Moralis: & de fuga vitiorum, de quibus in *Cancero*.

In *3. Libro* agit de causis & principiis existentibus in nobis, à quibus proveniunt actus virtutum Moraliû: ut de voluntario & involuntario, de quo paucis in *Ariete*, pag. 27. de Electione &

eligibili, &c. de quibus breviter in *Scorpione*.

Quibus expeditis, agit de duabus virtutibus moralibus in specie, scilicet de Fortitudine, de quâ nos egimus in signo *Leonis*.

Item de Temperantia, de quâ nos in *Aquario*.

In *quarto Libro* profequitur considerationem specialem de cæteris habitibus moralibus, usque ad Justitiam exclusivè. Tractat autem in hoc libro de Liberalitate, & vitiis ei oppositis, quæ sunt Prodigalitas, & Avaritia. Item de Magnificentiâ, & Magnanimitate, de quibus nos egimus in *Capricorno*.

De Mansuetudine, & ejus extremis Irâ & Lentitudine, de quibus actum in signo *Arietis*, pag. 23. & seqq.

De Comitatu, & affabilitate, quæ in congressu & communiione dictorum actorum modum servat; de quibus pariter in *Ariete* pag. 38. & seqq.

De Veracitate, & vitiis oppositis: de quibus nos in *Piscibus*. In

In *Libro 5.* agit de Justitia, & speciebus ejus: de quibus in Symbolo *Librae.*

In *Libro 6.* agit de habitibus intellectualibus, videlicet de Scientia, Arte, Intellectu, Prudentiâ, Sapientiâ. De quibus videri possunt *Institutiones Ethicæ l. 6.*

In *Libro 7.* pertractat de Virtute Heroicâ. Item de Continentiâ & Perseverentiâ, oppositisque vitiis. De Verecundiâ, de quâ in *Virgine.* Item de Tolerantiâ & Labore, de quibus in *Tauro.*

De Voluptate & Dolore; de quibus in *Scorpione.*

In *Libro 8.* tractat de Amicitîâ, & ejus speciebus:

In *Libro 9.* de Proprietatibus Amicitîæ: de quibus omnibus nos egimus in *Geminis.*

Denique in *Libro 10.* Aristoteles agit de Felicitate ipsâ, eique adjunctâ voluptate, quæ duplex est, Mentis & cor-

poris. De quibus à nobis actum in Sym-  
bolo Scorpii.

*Tu Lector, si quid novisti rectius istis,  
Candidus imperti; si non, his utere me-  
cum.*

**F I N I S.**



**ELEN-**

EL  
Auctoru  
G  
A  
Aristotele  
S. Augu  
Bayerus.  
S. Bernar  
Biblia sac  
C. Corne  
C. Crispi  
C. Minu  
C. Suet  
Claudin  
Didacu  
Ennius.  
Erasme  
Erycius  
Euripid  
Flaviu  
Gabr.  
Grego  
Henri  
Herm

# ELENCHUS

Auctorum, quos in hoc Opusculo allegavimus.

**Æ**gidius Strauchius.

Aristophanes.

Aristoteles.

S. Augustinus.

Bayerus.

S. Bernardus.

Biblia sacra.

C. Cornelius Tacitus.

C. Crispus Sallustius.

C. Plinius Secundus.

C. Suetonius Tranquillus.

Claudius Paradinus.

Didacus Saavedra.

Ennius.

Erasmus Roterodamus.

Erycius Puteanus.

Euripides.

Flavius Vopiscus.

Gabr. Bartholomæus Gramondus.

Gregorius Nissenus.

Henricus Engelgrave S. J.

Hermannus Hermes.

Hieremias Drexelius S. J.

S. Hieronymus.

Hieronimus Vitalis.

Homerus.

Horatius Flaccus.

Hyginus.

Joan. Bapt. à Porta.

Joan. Bapt. Ricciolius, S. J.

Jovius Pontanus.

Isidorus.

Junctinus.

Justus Lipsius.

Jus Utrumque.

Keplerus.

Longomontanus.

Lucianus.

L. Annæus Seneca.

Lucretius.

Manilius.

Marcellus Palingenius.

M. Tullius Cicero.

Martialis.

Methodius.

Nicolaus Causinus, S. J.

Nicolaus Vernulæus.

Ovidius Naso.

Pe-

Petrus Blesensis.  
Philippus Cæsius à Zefen.  
Plato  
Plautus.  
Plinius.  
Plutarchus.  
Polybius.  
Ptolemæus.  
Publ. Ovidius Naso.  
P. Virgilius Maro.  
Pythagoras.  
Q. Horatius Flaccus.  
Sebastianus Munsterus.  
Seneca.  
Simonides.  
Socrates.  
Stobæus.  
T. Lucretius.  
Trajanus Boccalinus.  
Valerius Maximus.  
Virgilius Maro.  
Vlpianus.



# INDEX

Rerum præcipuarum, quæ in  
hoc opusculo continentur.

## A.

- A**dulatores perniciosi, pag. 125. & seqq.  
**A**ffabilitas, pag. 38. & seqq. ejusdem pro-  
prietates, pag. 42. & seqq.  
**A**mbitio. pag. 72. & seqq. ejus exemplum Luy-  
næus, 73. & seqq.  
**A**micitia. pag. 85. & seqq. necessaria est omni sta-  
tui & ætati, 89. & seqq. an in aulis habeat  
locum? 91. & seqq. Tres species amicitia, 97.  
& seqq. an absentia dissolvat amicitiam, 107.  
an liceat amicum reprehendere, 108. & 109. an amico omnia manifestanda? 110. an inter inæquales possit esse amicitia, 111. an felices amicitiam indigeant, 112. & seqq. quantum bonum sit verus amicus, 124. & 125.  
**A**mor sanatur fugâ, pag. 143. & seqq.  
**A**quarius Sidus cœleste, pag. 286. & seqq.  
**A**ries. pag. 17. & seqq.

## B.

- B**eatitudo. pag. 255. & seqq.  
**B**onum omnes appetunt, pag. 253. & seqq. sum-  
mum bonum quale, pag. 255. & 256.  
**B**os. pag. 49. & seqq.

## C.

Cancer, sidus cœleste, pag. 131. & seqq.

Capricornus, signum Zodiaci, pag. 261. & seqq.

Clementia, pag. 30. & 31.

Colloquia prava, pag. 118.

Consilium in senibus est, pag. 51. & seqq.

Consortium malum, pag. 116. & seqq.

## D.

Duellum. pag. 171. & 172. Christianis indignum, pag. 173. damnatur tam ab Ecclesiastico, quàm Politico Magistratu, pag. 174. & seqq. Pœnæ in duellantes statutz, pag. 177.

## E.

Emblema, pag. 6. & seqq.

Erubescencia, pag. 192.

Exercitationes quænam juventuti sint utiles? pag. 58. & seqq.

## F.

Felicitas in hâc vitâ non est, pag. 256. & seqq.

Finis cognitio, magnum ad vitam degendam momentum. 251. & seqq. solus homo propter finem agit, pag. 252. & seqq.

Fortitudo. pag. 157. & seqq.

Fortuna instabilis, pag. 77. & seqq.

Fuga vitiorum. pag. 137. & seqq.

## G.

Gemini, sidus cœleste. pag. 81. & seqq.

H. He-

## H.

- Heroica virtus. pag. 228. & 229.  
Hieroglyphica. pag. 7. & 8.  
Honestas. pag. 186.  
Honor præmium magni animi, pag. 180. & 261.  
cum seqq.

## I.

- Insignia gentilitia. pag. 9. & seqq.  
Intemperantia, pag. 236. & seqq. pag. 289. & seqq.  
Joci quales esse debeant? pag. 314. & seqq.  
Ira. pag. 22. & seqq. ejus causæ, 26. an. quæ ex  
ira fiunt, sint voluntaria, 27. & seqq. Species  
iræ, 33. & seqq.  
Justitia pag. 202. & seqq. ejus dux species, Com-  
mutativa, & Distributiva, pag. 109.  
Juvenes inconstantes, pag. 67. & 68. quibus ex-  
ercitationibus utantur, pag. 57. & seqq.

## L.

- Labor. pag. 55. & seqq.  
Lentitudo. pag. 30. & seqq.  
Leo. pag. 154. & seqq.  
Liberalitas, pag. 277. & 280.  
Libra signum Zodiaci. pag. 200. Insigne est Ju-  
stitiæ, pag. 201.  
Lingua maximè regenda, pag. 312.  
Loquacitas, pag. 316.

## M.

- Magnanimitas. pag. 179. & seqq. & pag. 263.  
cum seqq. ejus extrema, 270. Magnanimi  
proprietas, pag. 273. Ma-

Magnificencia. pag. 263. & seqq. pag. 277. &  
seqq. ejus discrimen à liberalitate, *ibid.* Ma-  
gnifica opera Salisburgi, pag. 281. extrema  
Magnificentiae, pag. 282.

Mansuetudo. pag. 30. & 31.

Modestia. pag. 186. distinctio inter eam, & Ma-  
nimitatem, pag. 266.

Mors. pag. 167.

## P.

Pisces, signum Zodiaci. pag. 301. & seqq. sua.  
Symbolum silentii, pag. 304. & seqq.

Privilegia Studiosorum quinam amittant, page  
40. & 41.

Provocatio ad duellum. pag. 169. & seqq.

Pseudo-Studiosi quinam? pag. 40. 41. 42.

Pudicitia. pag. 186.

Pudor. pag. 2.

## R.

Recreationes quænam juventuti concedendæ?  
pag. 58. & seqq.

## S.

Sagittarius, signum Zodiaci. pag. 248. & seqq.

Salisburgi opera magnifica. pag. 281.

Scoristæ qui dicantur? pag. 215. & seqq.

Scorpio sidus cœleste, pag. 215. & seqq. animal  
quoque terrestre, & marinum. pag. 218. est  
symbolum voluptatis, pag. 220. & seqq.

Silentium. pag. 304. & seqq.

Sol. pag. 1. 2. & seqq.

Symbola. pag. 6. & seqq.

## T.

- Taciturnitas. pag. 304. Ejus extrema, pag. 311.  
Taurus. pag. 46. & seqq. Symbolum laboris,  
55. & seqq. obsequentiæ, 65. & seqq.  
Temperantia. pag. 236. & seqq. pag. 289. & seqq.  
ejus effectus, pag. 298.  
Timentes cur palleant? pag. 193.

## V.

- Verecundia. pag. 2. & 185. cum seqq. Verecun-  
dantes cur erubescant? pag. 193.  
Virginitas. pag. 185.  
Virgo signum Zodiaci, pag. 183. & 184. Com-  
paratur B. V. Mariæ, pag. 187.  
Virtus heroica. pag. 228. & 229.  
Vltio. pag. 33.  
Voluptas. pag. 220. & seqq. duplex est, animi &  
corporis, p. 231.  
Voracitas quorundam prodigiola, pag. 240. &  
241.

## Z.

- Zodiacus, pag. 3. & seqq.




1802, 1803, 1804  
volum labore  
1805  
1806

1807

1808


1809

1810



21/6





ZODIACUS

VITÆ

PO. AICHER

SALISBURG.

1699





